



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-348220-p0001-8

DFG

4

Pri. 35. num. 24.

1776, 3

13
//

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
EX IVRE GERMANICO

DE

CONDOMINIO, CVRAE LEGITIMAE, QVAE
FEMINIS LVBECENSIBVS IN FRATRES ET
SORORES MALE SESE GERENTES
COMPETIT, VNICO ET VERO
FVNDAMENTO.

AD ARTIC. V. TIT. X. LIB. I. IVRIS LVBECENSIS.

QVAM

RECTORE CHRISTIANO-ALBERTINAE MAGNIFICENTISSIMO
AVGVSTISSIMO ET POTENTISSIMO REGE AC DOMINO
DOMINO

CHRISTIANO SEPTIMO

DANIAE NORVAGIAE VANDALORVM ET GOTHORVM REGE,
SVPREMO DVCE SLESVICI, DVCE HOLSATIAE, STORMARIAE
ET DITHMARSIAE, COMITE OLDENBURGI ET
DELMENHORSTI, CET.

AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
P R A E S I D E

VIRO CLARISSIMO, CONSVLTISSIMO, DOCTISSIMO
IOANNE DIETERICO MELLmann
I. V. DOCTORE, INSTITVTI REGII HISTORICI GOETTINGENSIS ASSESSORE,
IVRIS GERMANICI ET PRAXEOS PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO IN
ACADEMIA REGIA KILONIensi, IBIQUE ICTORVM ORDINIS
ASSESSORE ET H. T. DECANO

PRO

LICENTIA SVMMOS IN IVRE HONORES CAPESSENDI
A. D. VIII. IVNII MDCCCLXXVI.

H. L. Q. C.

PVBLINE DEFENDET

A V C T O R

IOANNES FRIDERICVS SCHNOBEL
LVBECENSIS.

KILONII HOLSATOR. EX OFFICINA BARTSCHIANA.



VIRO
SVMME VENERABILI,
PERILLVSTRI, CONSVLTISSIMO,
**IOANNI CAROLO HENR.
DREYERO**

I. V. D.

COMITI PALATINO CAESAREO,
REVEREND. CANONICORVM LVBECENS. ORDINI PRAEPOSITO,
LIBERAE S. R. I. REIPUBLICAE LVBECENSIS SYNDICO PRIMARIO
ET CONSISTORII PRAESIDI;
ACADEMIAE SCIENTIARVM IMPERIALIS PETROPOLITANAE,
SOCIETATIS REGIAE DANICAE HAFNIENSIS,
ELECTORALIS BAVARICAE CAMPODVNENSIS
ET TEVTOBVRGENSIS MEMBRO;

IVRECONSVLTO LONGE CELEBERRIMO

COGNATO SVO ATQVE FAVTORI
FLAGRANTISSIMA PIETATE PROSEQVENDO

HANC

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

IN

TESSERAM VENERATIONIS NUNQVAM INTERMORITVRAB,

INTER VOTA ARDENTISSIMA

PRO

VIRI IMMORTALITER MERITI

PROSPERITATE SEMPITERNA

D. D. D.

TANTI NOMINIS

SOCIETATIS LEGIAE, GYMNASI, LIBRARIAE

ET CATEGORIIS PAVILLIONIS, CAMPUS DOMINICUS

ET TUTIORA REGIMIS MEMBRI

LAUREOCASTO LONGE CERTUMLIO

CVLTOR PERPETVVS

IOANNES FRIDERICVS SCHNOBEL

DISSE^RTAT^O IN AVGVRALIS
EX IVRE GERMANICO

DE CONDOMINIO CVRAE LEGITIMAE QVAE FEMINIS
LVBECENSIBVS IN FRATRES ET SORORES MALE
SESE GERENTES COMPETIT VNICO
ET VERO FVNDAMENTO.

AD ARTICVL. V. TIT. X. LIB. I. IVRIS LVBECENSIS.

Art. V. Tit. X. L. I. STATUTORVM LVBECENSIVM.

Stirbet Kindern Erbtheil an, und eines oder mehr unter denselben sich
übel anstellen; wird solches ein Rath und die Freunde vor gut ansehen,
so soll der oder dieselbe seines Guts nicht mächtig seyn, sondern seine Brüder
und Schwestern sollen das Gut verwalten, so lang bis sic oder er sich zur Beffe-
rung schicken und wohl anstellen würden.

§. I.

Sententia legis.

Ex legibus siue statutis LVBECAE, magnae illius inter
ciuitates Hanseaticas coronae, translatum est argumen-
tum, in cuius expositione versamur, in nucleo com-
plectens insignem materiam curae eorum, qui ob vi-
tium notabile, nominatim ob nimiam prodigalitatem, furio-
sum rerum suarum sunt facturi exitum, adeoque ipsi rebus suis
superesse nequeunt. Namque formula ista (*Sich übel anstellen*)
qua usus est in loco nostro huius legis auctor, non adeo diffici-
lis est explicatu. Illam non solum de iis, qui nimiam re vera

A exercent

exercent prodigalitatem, sed & de caeteris omnibus usurpari, quorum mores ita corrupti sunt, vt rei familiaris dissipatio, vel ipsorum maior corruptela sit metuenda, iam suspicatus est DAVID MEVIVS, celeberrimus iuris Lubecensis interpres. a) Qua nota etiam, si quid videam, censendi sunt ii, qui vel son-
tico valetudinis vitio laborant, vel mente capti sunt, fatui ac simplices, pueris & infantibus comparandi, si scilicet ex analogia Art. VI. Tit. VII. Lib. I., qui minorum tutelam explicat, in loco nostro enim de maiorum cura agi ex ipsis verbis claret, argumentari licet. b) Caeterum vniuersa curae legitimae prodigorum atque debilium causa tribus potissimum capitibus absolu-
itur. Si quidem I) in loco nostro primum forma ad consilium propinquorum nimirum & Senatus auctoritatem adstricta praecipitur, qua huius generis cura sit adornanda. II) Deinde cautum est, vt in fratres & sorores deuoluatur curae & administrationis onus. III) Denique de cauissim ad dissolutionem curae idoneis disputatum est. Ad talem autem cauissim definiendam opus omnino esse diiudicatione & sententia Senatus, tum ex ratione & mente legis, tum ex aliis locis, vbi istam diiudicationem ius Lubecense senatui tribuit verbis: *so lange daß der Rath befinden würde &c.* facilis negotio intelligitur. Quamquam forsitan eundem ordinem in legis illius expositione seruare atque de singulis capitibus sigillatim disputare commodum videretur; tamen, quum caetera clareant, potissimum in capitib secundi explicatione studium defigendum putauimus. Ibi enim singula-
lare aliquid & a iure communi Lubecensi maxime diuersum re-
ceptum

a) in commentario ad Ius Lubec. ad art. 5. Tit. 10. Lib. I. addit. ad nr. 7. pag. 313.

b) Ex argumento art. 6. Tit. VII. Libr. I. IOACHIM LUCAS STEINS

gründliche Abhandlung des lübischen Rechtes, I Tb. Lib. I. Tit. VII. §. 223. p. 317. 318. GOEDD. de contrah. stipul. cap. 7. conclus. 9. HEIG. part. 2. quæst. 38. num. 28 seq.

ceptum esse, dum portionis hereditariae administratio erupta male feso gerentibus praeter fratres *sororibus* etiam, quae alias ob perpetuam, in qua vitam degunt, curatela, curatrices esse nequeunt, demandatur, iam obseruarunt omnes, qui iura inclytæ illius REIPUBLICÆ interpretari conati sunt. In primis exsisterunt Duumuiri omni laude ornandi DAVID MEVIVS ^{c)} & IOACHIM LUCAS STEIN, qui ingenia in detegenda & explicanda huius dispositionis plane singularis ratione proba industria exercuerunt. Sed quum nos, quod pace tantorum virorum dixerimus, sententiae eorum lapillum adiicere merito dubitamus, iuuabit penitus in huius doctrinae fontes inquirere, eiusque genuinum fundamentum perscrutari. Quia in re ita versabimur, ut sectione prima vtilem & grauem de cura mulierum materiam ex iure Romano, tum potissimum Germanico, breui meditatione perlustremus: in altera autem verum singularis, quam modo laudauimus, dispositionis fundamentum atque originem indagare studeamus.

SECTIO I.

DE PERPETVA FEMINARVM TUTELA VNIVERSA.

argumentum.

- §. II. *Tutela mulierum ex iure Romano, quo utimur, non est perpetua.*
- §. III. *Causae et natura perpetuae ex iure Germanico, non quidem uniuersali, mulierum tutelae*
- §. IV. *Variae tutoris muliebris denominations.*
- §. V. *Variae huius tutelae divisiones.*
- §. VI. *Origo et usus perpetuae mulierum tutelae.*

A 2

§. VII.

^{c)} MEVII comment: ad ius Lubecense L. I. Tit. X. art. V. pag. 314.
num. 9.

- §. VII. *Femina, quae sub cura est, aliorum curam suscipere nequit.*
 §. VIII. *Brevis expositio dubitationis subnascentis ex articulo V. tit. X.
 libr. I. iuris Lubecensis.*

§. II.

*Tutela mulierum ex iure Romano, quo utimur,
 non est perpetua.*

Quiritium iura, quanquam decisiones ipsa naturali ratione ac summa aequitate commendabiles continent, temporum vicio in Germaniam irrepererunt, & in academiis & foro auctoritatem acceperunt, tamen quum tantum in subsidium recepta esse accepimus, non nisi deficienti domestica legislatione definire possunt, quid in causis in foro subnascentibus sit statendum. In ista legum nostrarum collisione incertitudinis naevus, qui inde saepissime oriatur necesse est, optime emendari ac tolli poterit, si obseruetur, qua ratione Latii placita ac Germanorum iura prouincialia atque statutaria inter se differant, quaenam capita iuris innati in quoquis loco iuribus peregrinis palmarum praeripuerint; ex quibus demum principiis quaelibet iuris particula sit interpretanda. Nam facilius latent, quae non comparantur; vt probe obseruat SENECA. a) Quodsi nunc hoc institutum persequentes, conditionem seminarum tum Romanarum tum Germanicarum circa materiam curae sive tutelae intentius examinemus, apparebit, non uno modo, sed maxime ius patrium a peregrino illo recedere. Exploratum est, tutelam muliebrem olim Romanis haud quidem incognitam iam ante IVSTINIANI sacratissimi legislatoris tempora ab visu recessisse.

Si

a) III. Controv. 5.

Si puella duodecimum impleuerat annum, patronus teste **PAPINIANO** b) tutor esse definebat. Idem quidem dabatur curator feminae minori, sed non nisi desideranti. Quod ad maritum attinet, is ex oratione **DIVI MARCI**, quae & Senatus-consulto confirmata erat, vxori minorenni, ne furiosae quidem, curator constitui non poterat. c) Quid? quod, si sciens prudensque vxoris curam susceperebat, infamiae notam contrahebat. Videlicet hac sanctione cauere volebant legumlatores, ne maritus rationes vxori reddendas blanditiarum ope interuerteret, vel ne earum exactio iurgii & querelarum materiam coniugibus praebaret, & amor coniugalis in lacrimas abiret. Proinde, si a doce discesseris, cuius dominium penes maritum erat, d) itemque ^a paraphernalibus, quae custodiae & administrationi mariti ad consensum ipsius vxoris tamen adstrictae e) committebantur, f) vxor Romana de reliquis cuiuscunque generis bonis (extra solidius intercessionis causam) libere disponebat. Illa alienare & se ipsam eorum intuitu legitime sive cum effectu obligare omnino poterat. g) Sed si e re sua videretur vxori, perfectae aetatis nimirum & sanae mentis, rem familiarem sive pecuniam, quam praeter dotem & paraphernalia possideret, fidei atque curae maritali committere, tum voluntatem expresse declarare & maritum harum rerum curatorem constituere, tum tacite, nulla protestatione interposita marito se pro administratore gerenti, significare poterat. Id, quod in negotiis mulierum iudicialibus potissimum argumento rescripti **CONSTANTINI** accidisse ve-

A 3

risimile

b) L. 13, §. 2. D. de tut. vel curat.
datis &c.

f) L. 9, §. 3. D. de Iur. dot. L. 95.
D. ad Leg. Falc.

c) L. 4. L. 17. C. de excusat. tut.

g) L. 6. C. de Renoc. donat. L. 11.

d) L. 30. C. de iure dot.

C. de pign. L. 2. C. ad sc. VEL.

e) L. 8. C. de pact. conu. supr. dot.

LEIANYM.

risimile est. b) Itaque vana, me quidem iudice, est quaestio inter interpretes olim agitata, utrum **CONSTANTINVS** perpetuam seminarum tutelam, **ROMANIS** aequae ac **GRAECIS** olim cognitam, reduxerit, nec ne. **CONRADVS RITTERSHVSIUS** in legibus XII tabularum negavit, Imperatorem eam in forum Romanum reduxisse. Alii, & in his **IOANNES SCHILTERVS**, affirmant, illum ius vetus lege Claudia abrogatum confirmasse in particula constitutionis, quae exstat in C. Theodos. L. 2. de tutor. creand.

IMP. CONST. A. ET. CAES. AD POPVLVM.

In feminis tutelam legitimam consanguineus patruus non recusat. dat pr. Kal. Jun. ipso A. VII. ET CAES. CONS. 326. i.)

Verum in illa constitutione **CONSTANTINVS** pro ratione temporis tantum de cura seminarum, quae ob negotia judicialia suscipi solebat, praecipere mihi videtur, ne feminae litis prosequendae obtentu iudicis interesse cogerentur. Sin haec conjectura

b) L. vlt. C. de pac*t.* conu. L. 21. C. de procur, in quo loco **CONSTANTINVS** hanc addit rescripti sui rationem: ne feminae prosequendae litis obtemperu*in contumeliam maronialis pudoris irreuerenter irruant & conuentibus viorum ac iudicis interesse cogantur.* Intelligitur etiam ex aliis librorum nostrorum capitibus, veluti ex L. I. § 4. D. de post. L. 54. D. de procurat, L. 2. D. de R. I. feminas non verecunde olim postulasse, & magistratus stenatoria voce inquietasse; ideoque cum mariti iudicalem potissimum permissem fuisse, vt eius ope feminae insignia Praetorum decenter reuereri possent. Has leges respexit auctor art. 36. L. II. I. P. S. siue ipse fuerit **REP-**

GIVVS, siue **Glossator** quidam, qui hanc obseruationem fugitiuam codici adscripti, quae tandem vitio vel temporis vel librariorū textui est inferta. **RÖSLIN** von besondern weibl. Rechten. I Th. B. 2. Absch. 4. Erstes Hauptb. §. IO. p. 79.

i) M. **NETRANIUS MAVRVS** lib. de iure liberorum c. 31. monuit, legendum esse, consanguineus vel patruus. **Vlpianus** Tit. XXVI. §. I. *Consanguineos esse testatur, fratres & sorores ex uno eodemque patre; agnates virilis sexus cognatos por. mares descendentes eiusdem familiae, ad quos & patruus referendus.* Quare non est, cur **JACOBVS GOTHOFREDVS** illam conjecturam reiecerit.

iectura minus placeat, qualis fuerit mens legislatoris in legum ac scriptorum silentio, quo premitur illa CONSTANTINI legislatio, difficultimum est explicati^ū. k) Eandem curae speciem forsan intellexit LEO Imperator CONSTANTINI legem renovans a. c. 469 MARIANO & ZENONE CONS. cuius rescriptum IVSTINIANVS codici quidem inseruit, sed interpolatum & ad sui temporis rationem plane transformatum, id est, ad minorētū tutelam, de qua nulla apud veteres erat dubitatio. l) Post LEONIS tempora tota mulierum tutela apud Romanos moribus certe abrogata & in desuetudinem deducta erat. IVSTINIANVS princeps toga sagoque in paucis clarissimus consuetudinem istam noua legislatione sua confirmandam censens, LEONIS rescriptum ad sui temporis rationem interpolauit, & omnia veterum ICtorum capita in digesta relata, in quibus perpetuae mulierum adultarum curae antiquitate constitutae mentio erat facta, neglexit. Sic fanciuit IMPERATOR m)

Pupilli pupillaeque, cum puberes esse coeperint, a tutela liberantur.
In definiendo pubertatis termino sexus fauore feminas a masculis discernit legislator. Duuumiri in XII tabulis, sicuti & GRAECE, nullum inter puberes & minores fecerunt discrimen. Decisio huius quaestioneis arbitrio patris reliqua erat, qui si nil disposerisset, ex corporis inspectione pubertas aestimabatur. In iurisprudentia media ex annis rem definire & feminis biennio maturius pubertatem addicere coeperunt iureconsulti. n) Sed deinde dissentiebant diuersae iurisconsultorum familiae seu potius

k) JOAN. SCHILTERI praxis iur. Rom. in foro Germanico, Exercit. XXXVII, §. 237. 239. p. 696. 697.
l) L. 3. C. de legit. tutel. IAC. GOTHOFREDVS eicit verba id est, sed vniuersa altera legis particula est

interpolatio TRIBONIANI, quam LEO de adultis est locutus.

m) §. I. I. quib. mod. tul. finit. EVERH. OTTONIS Comment. in Inst. pag. 127 & 128.

n) Lib. 4. D. de ritu nuptiar. Dio

tius scholae, & disceptabatur, vtrum ex annis, an ex corporis habitu pubertas cognosci deberet. o) Relicta sententia CASSIANORVM cum PLATONE puberem demum esse aestimantium, qui ex habitu corporis talis appareret, p) prudenter secutus est IMPERATOR PROCULEIANOS cum HIPPOCRATE existimantes, septimum quenque annum aetati signum imprimere, puberem ideo videri, qui quatuordecim annos vixisset. q) Horum sententiam confirmavit IMPERATOR, sed eam prudenter attemperans ad ipsius naturae legem, quac feminas citius, ac masculorum sexum, ad adultae aetatis vigorem peruenire fato diremit, dum annum decimum quartum in masculis, duodecimum vero in feminis pubertatis terminum auctoritate

Caesa-

libr. 56. TERTULLIAN. de virg. c. 2. MACROB. I. I. somn. SCIP. c. 6.
o) L. 4. C. qui telt. fac. VLPIAN. Tit. XI. § 28. QUINTIL. Libr. 10. Inft. c. 2. ISIDORVS c. 2 & 3. X. de despous. imp.

p) Errare videntur omnino vt E-
VERHARD. OTTO recte obseruat in
aureo ad Institutiones commentario,
HVBERVS, BOEHMERS, & alii
RAEVARDVM libr. IV. var. c. 10.
secuti, credentes nimurum, TRIBO-
NIANVM non intellexisse CASSIA-
NOS, qui non de nuda corporis in-
spectione, sed de barba potius &
vultus habitu fuerint locuti. Nam in-
tegra veterum scripta ille perlegerat.
Neque ista inspectio in re anticipi in-
honestata & alias incognita erat. Apud
HEBRAEOS, PHOENICES & GRAE-
COS in yisi fuit, a quibus ROMANI
hunc morem acceperunt, vt docet
HVGO GROTIUS in flor. Spars. ad
Ius Iustinian. ad h. t. Idem narrat

de ATHENIENSIBVS ARISTOPHA-
NES in Vespis v. 578, Παιδῶν τοιγύ
δοκιμαζομένων αὐτὸν παρεῖ δέος.
Σαν. Puerorum aetas quoies non li-
quer, licet inspexisse verenda. PETITI
L. L Att. p. 150. Quare, vt opinor,
GVNDLINGIVS recte notauit RAE-
VARDVM, quod hac in causa, vt in
aliis, audax in coniectando, facilis in
reprehendendo, & in decernendo
haud raro improvidus fuerit.
GVNDLINGIANA fasc. V. parte 24.
Caeterum idem quoque moris fuisse
apud veteres SAXONIAE populos,
qui tamen pueros, non vero puerillas
inspexere, intelligitur ex I. P. S.
Libr. I. art. 42.

q) SENECA libr. VII. debenef. c. 1.
PLVTARCH. libr. V. de plac. Phil.
c. 24. EDMUNDVS MERILLIVS libr.
I. obs. c. 22. libr. V. c. 16. libr. VIII.
c. 29.

Caesarea constitueret. r) Ita statuit IVSTINIANVS in rescripto ad A. MINNAM P. P. directo: s) indecoram observationem in examinanda marium pubertate resecates iubemus, quemadmodum feminae post impletos duodecim annos omnimodo pubescere iudicantur, ita et mares post excessum quatuordecim annorum puberes existimetur, indagatione corporis inhonestia cessante. Dat. 8. Idib. Aprilis CONSTANTINOP. DECIO V. C. CONS. DXXIX. Puella ergo duodecimum aetatis annum integrum t) egressa viripotens erat, neque inuita se curae sive tutelae alterius amplius committere cogebatur. Quamquam finita quidem tutela, curatorem desiderare poterat vxor Romana; neque illius cura perpetua erat, neque ei obtrudebatur, sed tanquam iuris beneficium erat expetenda. u) Deinde in matrimonio, et si in mariti manum conuenerat, libera rerum suarum gaudebat administratione, etiam post finitum forsitan coniugium in nullius potestatem recasura. Caeterum id singulare & mirum videri posset, cur IVSTINIANVS rei vxoriae alias in gratiam reverendissimae THEODORAE admodum intentus non in usum atque forum reuocauerit perpetuam mulierum tutelam, in praesidium scilicet sexus infirmioris, cui multa alioquin iura singularia indulxit. x) Sed non

B

opus

r) ARISTOT. libr. IV. de gen. anim. c. 6. PLINIUS libr. VII. histor. nat. c. 4.

s) L. 3. C. Quando tutor, vel curator. CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK obs. Inv. Civil. L. III. cap 24. HENR. BALEMANN de femina ex antiquitatibus legibusque Romanis, Germanici. Et praesertim Lubecensis Sect. I. cap II. §. 14. pag. 35-38.

t) Non obstat, L. 5. D. qui testam. fac. possunt, quo testamenti fauore annus coepitus pro impleto habetur. Disferre enim IVSTINIANVS inte-

grum ad pubertatem annum postulat, & ad nuptias contrahendas feminas plane viripotentes per pr. I. de Nuptiis. Quae ante istum terminum ducerentur, quasi vxores dicebantur. L. 17. §. 1. D. de reb. aust. ind. poss.

u) GAILLI observat pract. libr. 21. obs 96. RICHTERI decis. 27.

x) L. 12. C. qui positor. sunt in pignore. Ibi fanciuit, ut mulieres omnibus indistincte mariti creditoribus, anteriorē etiam hypothecam habentibus, ratione dotis praferrentur. Eodem modo per Nouellam 134.

opus erat hoc praefidio. Iam aliud legibus proditum erat asylum, quo confugere liceret feminis absque curatore laesis. In integrum scilicet minorum exemplo restituebantur venerandum praetoris tribunal implorantes. Namque iam LEO Imperator hac de re ERYTHRIO P. P. ita rescripscrat: y) Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare, in his, quac praetermiscent vel ignorauerint: statuimus, si per ignorantiam iuris damnum aliquod circa ius vel substantiam suam patiantur, in his tantum casibus, in quibus praeeritarum legum auctoritas iis suffragatur, subueniri. Dat. Kalend. Iulii MARTIANO & ZENONE CONS. 469. Neque perpetua mulierum tutela cum sapientia, quam Imperator THEODORAE atque vniuerso seminarum sexui tribuere, vt ipse sexcenties professus est, solebat, conuenire videbatur. z) Haec est tutelae mulierum ex iure Romano ratio, in nucleo quasi proponens totius huius doctrinae formam, sive ius Anteiusinianeum, sive Iustinianeum respicias, quo etiam hodie locis, vbi iura peregrina iuris patrii vestigia extruderint, vtimur: praesertim quum perpetua mulierum cura neque per leges imperii vniuersales, puta per O. C. & O. C. I. A. sit praescripta neque per vniuersalem Germaniae obseruantiam introducta; aa) quum denique plane deficiente vniuersali & prouin-

c. 10. Legi 30. C. de adulteriis a CONSTANTINO latae feminarum fauore ductus derogans, adulterae poenam gladii remisit & in monasterium destrudi voluit, GIPHANIVS in IVSTINIANO pag. 19. MERILLIVS 17. obs. 14. GUILIELMI HIERON. BRVCKNERI programma: an IVSTINIANVS Imperator fuerit uxorius? 1705. IOAN. SAM. BRVNNQVELL historia iuris Romano-Germanici P. II. c. 1. §. 14. pag. 183.

y) L. f. C. de iuris & facti ignorancia, comparanda cum L. 3. C. The de in integr. refit.

z) EVERH. OTTO de perpetua femin. tutela C. I. §. 24.

aa) DE LVDOLFF obs. for. P. III. in add. fasc. I. nr. 93. p. 107. ibi: in Resp. entschiedener Sachen weiland ANTON PRÜSCHEN Witwe &c. nro 140. S. 332. RÖSLIN von beßondern weiblichen Rechten i Th. II. B. IV. Abschn. i Hauptft. §. 1. S. 85. u. f.

provinciali legislatione ius Romanum vniuersum sit rece-
ptum. b) Nunc ad naturam atque formam curae muliebris
Germanicae sive perpetuae exponendam ducimur ipsa argu-
menta ratione, in qua mirifice ius patrium a peregrino illo
discrepat.

§. III.

*Causae et natura perpetuae ex iure Germanico non
quidem vniuersali mulierum tutelae.*

Tametsi peculiaris & domestica quasi GENTIS GERMA-
NICAЕ fuit gloria, non quidem CAESARIS a) & TACITI, b)
testium omni exceptione maiorum, sed constanti antiquitatis
fama, celebrata, quod nec aspernenda seminarum consilia, nec
negligenda earum responsa iudicauerint Germani, multasque ut
VILLEDAM, AVRINIAM, GANNAMQUE virginem numinum
loco habuerint, c) marium tamen naturam, ad virtutes bellicas
& civiles quod attinet, dignorem atque imperantem agnouerunt,
& exinde rem ac fortunam seminarum, illorum curae perpetuae
secure subiiciendas putarunt; d) Sed noli credere, sexus infir-
mitatem, sive iudicij fragilitatem, ut EVERHARDO OTTONI
e) visum est, fuisse perpetuae curatelaes illius causam. f) Po-

B 2 tius

b) Contrarium vano impetu do-
cuit WIBEL de contr. mulier. cap. 3.
§. 8 & 36.

a) de bello Gallico & ciuili Libr. VI.
cap. 28.

b) de situ, moribus & populis Germa-
niae cap. VIII.

c) GOTOFR. SCHVTZE Exercit.
ad Germ. sacram. IOAN. GEORG.
KEYSLERI antiquis, seletis, septentrion,
& Celtic. pag. 479 & 507. IORNAN-
DES de reb. Getic. cap. 24.

d) CAESAR libr. VI. de bello Gall.
cap. 18.

e) In dissert. de perpet. seminar. tu-
tela cap. II. §. 1.

f) Vapulant quoque nec veram
legum rationem cognoscunt, qui fra-
gilitatem sive sexus imbecillitatem
singularium iurium avySTINIANO femi-
nis concessorum causas fuisse putent.
Nam sexus fauore & THEODORAE
auctoritate sive auspiciis ductum IM-
PERATOREM SCt. Velleianum & caete-

tius videtur masculos tantum in Germania veteri solemnitatum sive actura legitimorum, quibus negotiis auctoritas conciliabatur, capaces fuisse; eodem forte modo, quo stipulationes Romanas a maribus solis contrahi potuisse accepimus. Potissimum *stipulata manu* autores fieri vimque obligandi in pactis & conuentuibus contrahere solebant maiores nostri. g) Et hoc a masculis praesertim factum esse, ex illo iuris Germanici proverbio (*Ein Wort, ein Wort, ein Mann, ein Mann*) diserte, nisi omnia me fallant, cognosci potest. Deinde voce *Wort* subintelligitur obtestatio interuenienti manusdatione, sive stipulata manu celebrata. Multae enim supersunt chartae, quibus contractus maiorum solemnies seruati sunt, formulas continentest:
Mit Handgebenden Truven; Mit Hand und Hand Gloubit, Mit syner Hand an statt der Wahrheit. h) Hanc autem solemnem manus stipulatae dationem, qua vis & ciuilis potestas pactorum contrahebantur, praecipue a masculis perfici potuisse, significare videntur nonnulla antiquitatis monumenta, ex quibus mares contra-

72 mulierum iura singularia introduxisse historia edocemur, quamquam ipsi legumlatorum more alias causas laudauerit,

g) DV FRESNE *Gloss.* Tom. III, pag. 1612. ibique: promisit *ET* TERIVS, hoc ipsum concedere se fakturum, vnde & manum suam posuit in manu mea, quod loco iuramenti habetur. *Viri illustris* IOAN. CAR. HENR. DREYERI, cognati summa pietate colendi, *Sammlung vermischter Abhandlungen*, Tb. II. St. II. §. I. S. 912. GRV. PEN in den Deutschen Alterthümern C. I. §. 12. S. 30. DE WESTPHALEN monum. med. Tom. IV. p. 2082. EVERH. OTTONIS exercit. trias de invisprudentia symbolica.

h) Caeterum huius proverbii in foris nostris auctoritatem egregie explicavit IOH. FRID. EISENHARDT in den Grundzügen der deutschen Rechte in Sprichwörtern S. 311. IDEM egit de cautionibus in vīs proverbiorum adhibendis in singulare libello, von dem Beweise durch Sprichwörter. Videatur EIVSDEM Sammlung kleiner Schriften Tb. I. St. II. S. 19. u. f. DREYERI diff. de fide manuali germanorum & traditione per chirothecam in OTT. FRID. MENCKEN *Miscell.* Lips. T. V. P. 4. WVRM de fide manuaria, von Handelöbnissen, Gießae 1711. HALTAVS *Gloss.* med. acui, sub voce, Handgebende Truve.

contractibus seminarum solemnibus illo modo auctoritatem conciliasse, apparet. Quorum e numero sequentes chartarum particulas recensere iuuabit: i) Da wart mit gemeiner Urtel ertait,
 „mögt sie iren rechten angebornen Vogt han und zu ir für Gericht stel-
 len, watz sie dann mit derselben ir Vogts Hand tätte, datz
 „das wol Kraft hätte da wart ertait, datz dieselb Frowi den Wingarten
 „in ir Vogts Hand vor erst uffgab, und watz er und sie mit
 „dem Wingarten tätend, datz hätt Kraft und Macht, da gabend sie
 „und ir Vogt mit ir beider Hand den Wingarten r'lich und recht
 „und redlich uff.“ Itemque manus masculae dationem mulieri contrahenti auctoritatem conciliasse legitimus in der alten ROTHWEILER HOFGERICHTS-ORDNUNG P. XI. Tit. IV: Da eine Jungfrau Väterlichs und Mütterlichs Erb oder der einwenders verzeihen will, wie sie das thun mag. „Däß sie das ihuc mit Hand und mit Mund, mit des Hofrichters und mit ihres Vogts Hand sin deß Hand der das Verzeichen empfahlen will,“ sed verba quae sequuntur, declarant, multa in talibus mulierum negotiis solemnia a solis curatoribus seminarum vice peracta esse: „so beut der Hofrichter seinen Stab dagegen, daran greift der Mann und sein Weib samt ihrem Vogt, so redet der Hoffschreiber also: Verweiset ihrnewer Haussfrauen ihr Heimsteuer und Morgengab, inmassen von newwertwegen eröfnet und fürgetragen ist? So antwortet der Mann ja, so fraget der Hoffschreiber der Frawen Vogt, ob es sein Will seye, der antwortet auch, ja. k) Quae quum ita se habeant, consequens est, vt non tam ad subleuandam sexus infirmitatem & fragilitatem, quam ad conciliandam pacis & contractibus seminarum legitimam auctoritatem adiuuenta sit apud gentes origine Germanas perpetua mulierum tutela, praeferimus quum

B 3

feminae,

i) videatur HALTAUS loco citato. dern weibl. Rechten I. Band. B. II, Abschn.
 k) RÖSLINS Abhandlung von beson. IV. Hauptft, I. p. 83 & 84.

feminae, quippe quae lanificio reique domesticae vacare solebant, ignarae essent iuris patrii solennitatum & formularum, quas strepitus forensis praescriperat, vt actio & exceptio ex negotiis nascerentur. Porro ex iis, quae supra monuimus, sequitur, non adeo rigorosum fuisse ius Teutonicum, vt in omnibus cuiuscunq; generis causis auctoritate tutorum opus fuisset infirmiori sexui, sed tantum in causis pactorum, alienationis, disceptationis forensis, vbi vtilitatis & securitatis publicae causa litterarum aucupia & formularum solemnia praescripta essent quae negligere non poterat, quicunque causa cadere nolebat. 1) Egregie hanc obseruationem illustrat ius prouinciale Saxonicum, itemque ius prouinciale Allemannicum sive speculum Sueicum m) a GOLDASTO ita denominatum, vbi curatoris feminae inuptae quidem necessitas solummodo restringatur ad negotia iudicialia,

1) Habebant veteres Germani proprium ius formularium in quo seruando multo rigidiiores fuerunt, quam collegium Pontificum, cui in republica Romana formularum custodia erat commissa. Id intuitu iudicii feudalis testatur das Sächsische Lehrrecht cap. 65 & 68. SCHRADER tract. feud. P. X. Sect. 8. n 35. Neque in iudicio civili formulari iuris-prudentia defitunt erant SAXONES, vt edocemur art. 133. des Magdeburgischen Weichbilds itemque Spec. Saxon. libr. I. art. 60 & 63. Vid. a LEYSER medit. ad ff. spec. V. med. IV. pag. 45—47. & torte has ceremonias & phaleras verborum in patriae Westphaliae iudicis frequentatas respicit Rolenwickius, Carthusianus monachus de Situ & moribus Saxon. antiqu. p. 613. edit. Leibnitz. Nemo denique est, qui nesciat, solennitates admo-

dum singulares in vsu fuisse in feudo solari. (beym Sonnen-Lehn)

m) IUS PROV. SAXON. Libr. I. art. 45 & 46. — Jungfrauen und unverheirathete Weibs-Personen verkaufen ihr Eigen ohne ihres Verwandten Urland, es sey denn Erbe dazw. Item art. 46. Jungfrauen und Weiber müssen zu jeder Klag Verminder haben, weil man sie nicht mit Zeugen überführen mag des, was sie vor Gericht sprechen oder ibum. Ius Provincie Allemannic: cap. CX. sed ab hoc iure communis Saxonico noua legislatio electoralis recessis & postestatem virginum & viduarum negotia sua gerendi ad bona immobilia tantum nisi 500 solidos excedant, restrinxit. Sed extra Saxoniam electoralem ius vetus tanquam commune vsu forensi est seruatum. 10 A.N. SCHILTERI exercit. 37. §. 242. p. 700. BERLICH conclus. 17.

dicia, & quaecunque extra iudicium a feminis gerantur, sine tutoris auctoritate rata habantur. Quae dispositio quamquam iure communi Saxonico, etiam hodie auctoritate forensi viget: feminis tamen, quae in negotiis extrajudicialibus laefae deprehenduntur, beneficio iuris Romani, quod etiam Germanico inferuit, nisi plane repugnet institutis patriis & genio iuris innati, in integrum scilicet restitutione succurritur (§. II.) n). Sicuti porro illae, quas supra exposuimus, causae in omnibus feminis, cuiuscunq; sint aetatis ac conditionis, deprehendantur, ita facile est ad animaduertendum, puellas, vxores aequae ac viduas perpetua regi tutela; o) etiam si modus & ratio pro varia seminarum conditione omnino discrepent. Ita singulare quid receptum erat in tutela viduarum, quippe quae non in suorum, ut olim apud ROMANOS, sed defuncti mariti agnatorum potestate constituebantur; p) cuius dispositionis ratio, ut SCHILTERVS docuit,

n) GIESEBERTI pericul. statutor.
II. nr. 65 & 215. SCHILTERI ex-
ercit. XI. §. 9.

o) Inde est, cur ROTHARIS, rex LONGOBARDORVM, Lib. I. Tit. 10, circa annum 640. sequentem tulerit legem: Nulli mulieri liberae sub regni nostrae ditione, lege Longobardorum viventi, licet in suae potestatis arbitrio, id est sine mandato vivere, cui legi maximam lucem affundit egregia apud MVRATORIVM in antiquitat. Ital. med. T. II. p. 113. charta.

p) Illustratur, quae modo exposuimus, ex charta seruata apud BALZIVM in append. ad AGOBARD. Respondit ipse SISENANDVS: vere ipsam Gundii uxorem habeo, quod mibi ad legitimum matrimonium tradidit AMELPRE-

DVS filius eius cum Mundualdo suo. Eodem modo intelligenda est lex Longobardorum Lib. 2. Tit. 6. §. 1. Tir. 37. §. 4. Itemque Lex SAXONVM Tit. VII. Qui mortuus viduam reliquerit, tueretur eius filius, quem ex aita uxore habuit, accipiat: si is forte defuerit, qui frater est defuncti: si frater non fuerit, proximus paterni generis vel eius consanguineus. Hic mos hodie adhuc in partibus Italiae, quibus LONGOBARDI insederant, seruatur. Vnde IO. BAPTISTA NENNA in praefat. editionis rarissimae, in Bibliotheca Celeberr. DREYERI obviae, Legis LONGOBARDORVM, quae Venetiis 1537. 8. exiit: "In multis huius regni Neapolitani partibus eo iure (LONGOBARDICO) vitinur circa mulierum mundaldos & du-tium materiam." Ex regionibus Tu-

cuit, q) ex iure familiae petenda est; quod nimis maritus veteri Germanorum more sibi ac genti suae per uxoris coemissionem acquisiuerat. Quod tanti habebatur, ut, si vidua ad secunda vota transire, vel iterum in extranei amplexus ruere cuperet, nouus maritus tutori emtionis pretium r) reddere teneretur. Deinde quod ad virginum tutelam attinet, ad fratrem, vel proximum paterni generis agnatum deuoluebatur, vt SAXONVM & ALEMANNORVM moribus in scripturam redactis edocemur. s) Ex hac patris vel paterni generis agnati potestate puellae, simulac marito nupserint, exire solebant; vti ex verbo freyen claret, quod non tam matrimonium contrahere, quam liberari a legitima agnatorum tutela significat. t) Sed quum matrimonium minime tolleret tutelae muliebris causas, mulieres

sciae idem prodit liber iuris civilis
urbis Veronae per BARTHOLO-
MAEVM CAMPAGNOLAM Veronae
editus 1728. I. Pr. Saxon. Lib. I.
Art 23. & Ius Provincial Alemannic. cap.
27. sed hoc exceptionem quandam
constituit, dum viduae arbitrio id
committat, verbis: Er ist auch der
Witwe Vormund, dieweil sie ohne Mann
ist, ob sie will &c.

q) Exercit. XXXVII. §. 241.

r) In lego SALICA Tit. 46. hoc
premium vocatur Reipus atque ad
tres solidos & denarum ascendit.
ICtis longe in huius vocabuli deri-
natione haerentibus, nouissime WACH-
TER in Glossar. voce Reif existimauit,
illud a Reif esse desuntum & signifi-
care nodum, vinculum, sive ligamen
matrimonii. Quae sententia
michi, si dicendum, quid sentiam,
magis placet, quam illa a GYND-

LINGIO, HEINECCIO & AYRERO
adoptata; secundum quam verbum
hoc in vernacula Beubusse redi-
dendum esset, adeoque a poenitentia,
sive multa deriuandum, quam
odium secundarum noptiarum secum
habuerit coniunctam. Nam ea-
le secundarum noptiarum odium
nunquam, nisi in cerebello nonnullorum
Cotorum intenuit, & omnino
ad vissiones referendum videatur.
AYRER de iure connubiorum apud veter.
Germ. §. 10. p. 38.

s) Itius consuetudinis vestigia oc-
currunt in IVR. PROV. SAXONICO
Lib. I. Art 23. Wo die Söhne binnen
ihren Jahren seynd, ihr ältester ebenbürtiger
Schwertmäye nimmt das Heergewert al-
lein, und ist der Kinder Vormund daran,
bis sie zu ihren Jahren kommen &c.

t) IULIVS CAESAR de bello German.
Lib. VI, Leges ALEMANNORVM tit. 54.

res a nexu agnatorum liberatae prouido maritorum consilio regendae committebantur; α) admonitae ipsis sub coniugii auspiciis per annulum pronubum, per coemtionem, α) per arma a viris accepta, per ritum singularem, quo per calceamenta pedes sponsorum vinciebantur, se euadere laborum periculorumque maritorum socias & transire non in thorum solum, sed & in eorum consilium ac potestatem. Maritus inde legitimus vxoris suae tutor & simulac matrimonium per actualem thalami concessionem sit consummatum γ), ipso iure sine magistratus auctoritate siue decreto, vxoris, etiamsi minorennis, quippe quae hoc facto ex statuto maiorenitatem acquirit, curator constituitur α). Ea omnia apud omnes populos origine Germanos in usu fuisse testantur iura plurium GENTIVM Germanicarum, quae e patria egressae & in cultioribus terris confidentes fido pectore

C iuris

α) Leges ALEMANNORVM Tit. 54. Leges LONGOBARDORVM Lib. II. Tit. IO. SPEC. SAXONIC. Lib. I. art. 45. §. 5. Leges SAXONVM Tit. VI. Lex SALICA Tit. IV. cap. I.

α) GEORG. HENR. AYER de iure coniubiorum §. 9. p. 32. EMMINGHAUS comment. de praecipuis feminis in Germania iuribus c. III. §. IV. p. 27.

β) Compara, si lubet, IO. CAR. HENR. DREYERI dissertationem ex iure Germanico, de termino effectuum ciuilium matrimonii a quo, habitam Kiliac 1749.

γ) IUS PROV. SAX. Lib. I. art. 45. Quamquam in hoc loco leguntur verba: Der Mann ist auch des Weibes Vormund, so bald als sie ihm angetraut ist; ille locus tamen, ut opinor, mixtum juris peregrini & patrii commixtionem continet. Nec dubium,

quoniam ille ex genio legum germanicarum & alii iuris SAXONICI locis ita sit interpretandus, vt potestas maritalis (die eheliche Bevoigthung oder Vormundschaft,) a concessione thori (von dem Beitsprung) sine termino omnium effectuum ciuilium ex iure Germanico & statutario initium demum capiat. Significare hoc mihi videtur ipsum verbum *Ehevoigt*, id est tutor matrimonio, quod thalami concessione confirmabatur, constitutus. Idem, ni fallor, intellegitur ex principio art. 45. Lib. I. Wann auch gleich der Mann seinem Weibe nicht ebenbürtig wäre; so ist er doch ihr Vormund, und sie ist seine Genossin und tritt in Recht, wenn sie in sein Berthe tritt. add. CARPZOV. P. II!. c. 23. def. 30. nr. 5. STRYCK Vs. prod. Pand. ad Lib. 27. Tit. I. §. 7.

XVIII

iuris innati principia circumtulerunt aa). Quid inde mirum, quod multae GERMANORVM ciuitates domesticis principiis in hoc argumento haud destitutae ad ius ROMANVM moribus maiorum aduersum & in subsidium tantum receptum recurrere dubitauerint, atque mores patrios statutis & obseruantia seruare studuerint. Quod inter tot prouinciarum GERMANIAE constitutiones, quae relicta iuris Romani recentioris doctrina in antiqui iuris Germanici principiis amice consentiunt bb), optimo

aa) Apud HISPANOS tutelam mulierum seruatam esse docet ALPHONSVS DE ALZEVED ad Reg. Conf. Hispan. Lib. V. Tit. 3. Idem de FLORENTIA, PAPIA, EVGVBIO, MEDOLANO, aliisque Italiae locis restatur BALDVVS Lib. I. conf. 488. & PANCIROLVS Lib. I. var. lect. cap. 92. De BELGIO videatur VOETIVS ad Tit. de iudic. n. 14. 19. & de ritu nupt. n. 41. De FRISIA occidentali SANDE Lib. II. Tit. 4. def. 5. Istam tutelam etiam praecipiunt leges septentrionales. Ius SCANICVM WALDEMARI I. Regis DANIAE de anno MCLXIII, quod ex vernacula latino sermone veltiuit ANDREAS, LVNDENSIVM archiepiscopus, quod extat in Monum. meditis illuстр. de WESTPHALEN Tom. IV. p. 2030 — 2084. Ius IUTICVM (IVDSKE LOWBOCK) ex legibus Scanicis potissimum translatum & a WALDEMARO II. MCCXL in comitiis WORDINBERGENSIBVS promulgatum, Lib. I. cap. 36. p. 2. De Legibus NORMANNICIS testimonia collegit DE LYDEWIG in reliquo Mistorum Tom. VII. praef. p. 49 seq.

bb) Amice hac in re conspirant

IUS SVSATENSE IN EMMINGHAVSII memorabil. Susat. cap. III. p. 61. §. I. II. p. 67. IUS SLESVICENSE art. 79. apud DE WESTPHALEN in monum. ined. Tom. IV. p. 1848 & 1926. art. 85. ibid. pag. 1928 & 1929. Württembergisches Landrecht P. I. T. 18. Tit. 16. pag. 82. Tit. 29. § ferner. Ius SAXONICVM, quod laudavit BERGER in Oecon. iur. Lib. I. Tit. 4. §. 6. n. 2 & 3. Churfürstl. Pfalz beim Rhein &c. erneuert und verbessertes Land Recht von 1. 1100. i Tb. Untigerichts Ordnung VIII Tb. von Personen, die als untanglich zum Rechtsstand nicht zugelassen werden. Churfürstl. Brandenburgische in dem Herzogthum Magdeburg publicirte Proces-Ordnung vom 1. 1686. in 4. Cap. 13. Von Weibs-Personen. Neu reformierte Landes-Ordnung der Fürstlichen Grafschaft Tyrol wie die aus Landesfürstl. Bevelch im 1603. Jahr umgedruckt worden in 4. 67. Tit. 153. f. 53. 36. 56.: fol. 56. Der Grafschaft Hohenlohe gesamtes Landrecht, Oehringen 1731. z. Th. Tit. §. 8. S. 48. Landrechte der Marggrafschaft Baden und Hochberg Ec. 1710. i. Th. 9. T. 4. Tb. Tit. 31. Hollsteinische Revi-

me euincunt statuta HAMBVRGENSTA, in quibus P. I. Tit. IX. art. V. disertis verbis dicitur: *der Frauen Vormund ist ihr Mann, so lange er lebet; & quod primo loco nominandum, ius REIPVBLICAE LVBECCENSIS, patriae dulcissimae, secundum cuius placi- ta, vt DAVID MEVIVS ad Lib. I. Tit. VII. Art. IV. n. IV. obser- uauit, feminae perpetuae tutelae ferme subiacent cc).*

§. IV.

Variae tutoris muliebris denominations.

Si causam iam & naturam mulierum aduocatorum perlu-
stremus, varia eorundem occurruunt nomina, quibus illi tutores
in antiquis documentis designantur. Quod primum ad chartas

C 2

latinas

dirte Landgerichts-Ordnung &c. P. IV.
Tit. XVI. und besonders P. II. Tit. VII.
von den Kriegerischen Vormünden, Cu-
ratores ad harem genannt §. 5. Dith-
marsches Landrechte, Glückstadt 1701, in
4. p 24. Art. II. Von Vormunderschop
und meme Vormunder schön gegeben wer-
den, & Art. 20. Der Stadt Ulm Gesetz
und Ordnungen, wie es 1) bey den unver-
dingten und verdingten Heyrathen, II) in
Verwaltung aller Pflegschafthen &c. gehaf-
ten werden solle, wie die in Anno 1579.
zugangen, itzt abermalen und von neuem
uebersehen — und vermehr. 1616, in fol.
2 Th. 5. T. s. t. Nützen Stadtrechten und
und Statuten der lobl. Stadt Fryburg in
Prysgow gelegen von I. 1520. 3. Tra-
gat, i. Th. fol. 48." Rubrik. Wyßbild,
die nit Man haben, die zu bewögten sind;
Der heiligen Reichsstadt Memmingen
Gerichts- und Proceß-Ordnung von I. 1713.

Tit. 16. §. 5. Der Stadt Bern verneuer-
te Gerichtsfatzung von I 1615, i. Th. 21.
Tit. 9. Satzung. i. Th. 4. Tit. 11. Satz.
S. 22. a.

cc) Ex multis aliis iuris LVBE-
CENSIS locis, vbi hoc principium
vel sexcentes fit confirmatum, ea
qua sequuntur, laudare iuuat. L. I.
Tit. X. Art. I. pr. Es mag keine Frau
ihre Gut verkaufen noch verferzen, ohne
ihrer Vorminder Volkswort, Wissen und
Willen. Idem rechte sapienterque san-
ctum L. I. Tit. IX. Art. V. verbis:
Es wäre denn, daß unter den Erben un-
mündige oder Frauens Personen wären, die
mögen sich erklären, daß sie solches erste-
lich mit ihren Vermünden bereeden wollen.
Idem cauent Lib. I. Tit. IV. art. 9.
Lib. I. Tit. VII. art. I. Lib. II. Tit. I.
art. 10. Lib. I. Tit. VII. art. 12. Lib. I.
Tit. IX. art. 10. HEINECCI elem. iiii.
Germ. Lib. I. Tit. XV. §. 360.

latinas attinet, vocatur ibi tutor muliebris a) *Mundualdus* b), *Mundiburnus*. Namque sub nomine *Mundium* saepissime venit apud veteres tutela muliebris c). Scilicet tutor feminae ab ore (*Mund*) siue ab oris consiliis esse debebat, id est, eius causam, orando potissimum & loquendo formulas sollemnes, agere. In de feminae tutore siue adiuvato suo instructa appellabatur mulier *mundiata* d). Sed inuenimus etiam loca, vbi *mundiburdus* latino nomine *tutor* & *procurator* appellatur & officium eius *tutela* e), licet saepius verbis, in *sermone*, *verbo*, vel *ore* in *defensione* in *mundburde* esse circumscriptum inuenies f). In chartis caeterisque scriptis vero germanicis passim nominantur mulierum curatores *Vornomber*, *Mombaer*, *Momboor*, quae denominatio

a) In charta apud *BALVZIUM* in app. ad *AGOBARD.* vbi haec verba: tradidit *AMELFREDVS* filius eius cum *Mundualdo* suo &c. —

b) vide *BVRCHARDVM*, *Episcopum Wormatiensem*, in lege familiae, apud *SCHANNAT* in cod. diplomatis *Wormat.* p. 47. si quis filiam alterius vitapnerit, cuncta vestimenta, quibus tunc induita fuerat, quando rapta est, singulareiter in triphom patri eius, vel *Mundiburno* restituat.

c) Confirmatur id clara constitutione *ROTHARIS*, *LONGOBARDORVM* regis, circa annum 640. lata. In eadem lege etiam mentio fit muri di puerarum, mundi nuptiarum, mundi religiosarum, itemque mundi ancillarum apud *PETR. GEORGISCH* in corp. *Iur. Germ. antiqu.* p. 982 sq. cap. CXCV — CXCIX.

d) In legibus *LUTPRANDI*, regis *LONGOBARDORVM*, Tit. 68. rubr.

de *Mundiata* in sacramenta missa. *SCHILTER* in glossar. ad uocem *Munt.* e) Ita in legibus *SAXONVM* Tit. VII. qui mortuus viduum reliquerit, tutelam eius filius, quem ex alia uxore habuit, accipiat; *TUTOR* vocatur in antiquissima lege *SAXONVM* cap. VII. apud *LEIBNITZ* Script. rer. *Brunswic.* Tom. I. p. 79.

f) Leg. *RIPVARIOR*, Tit. 35. §. 3. in *Capitul. BAIVAR.* §. 9. in Leg. *ALEMANN.* tit. 51. §. 2. in leg. *SAXON.* tit. 7. §. 5sq. sicuti *SELMVNDI*, qui suae potestatis arbitrio viuant, dicuntur, in Leg. *LONGOBARD.* libr. 21. Tit. 10. L. I. CAR. FRID. GAERTNERI diss. ex iure Germanico inter impuberes & minores tutores & curatores non distingui §. IV. p. 15. itemque §. X. p. 29. PROCURATORIS nomen est in statutis SVSATENSIBVS IN *EMMINGHAVSII* memorabil. c. III. p. 61.

natio apud BELGAS occurrit g), & deriuanda videtur a voce Mont & Mundium. Venit porro tutor muliebris sub nominibus eines Vormundes sive Vormunt h), Eines Vorstebers i), der Verspracke k), Anwaldts und Gewalshabers l). Haec vox deducenda ab Gewalt, potestas, & Haben, quod nunc exercere, nunc legitimum ius exercendi significat. Itemque occurrunt voces Anweiser id est hodogeta in causis arduis & periculosis m); Beystand n), Pfleger o), Treuhänder, Treusträger. Sed inter caetera vocabulum nullum nomen curatoris huius prouinciam exprimens, tam saepe deprehenditur, quam Voigt sive Vante p), quo Germani omnes cuiuscunque generis aduocatos, patronos, defensores, conseruatores & protectores, insignire solebant. q) Exinde euenit, vt actum, quo cura feminarum dativa auctoritate publica constituitur, die Bevoigting

C 3 nomi-

g) non ut HVGONI GROTI visum est
a Mordborg fideiussor, quem refusat LAMBERT VAN KATE, in Aanleiding tot de Kennisse van het verheuende Deel der Nederduitsken Sprake. Tom. II. P. 299.

b) Ius prou. SAX. lib. I. art. 23.
verbis: und ist der Kinder Vormund daran bis sie zu ihren Jahren kommen;
item in fine: Er ist auch der Witwe Vormund. Ius SVEVICVM cap. XXVII.
LVITPRANDI Leg. Lib. II. c. 4. GEORGISCH p. 1032. Ius LVBECENSE Lib. III. Tit. 14. art. 13. Dithmarsch. I. Rechts art. 19.

i) Recess imp. de ao. 1577. art. 32.
k) SPEC. SAX. Lib. 3. art. p. ex edit. Ludov. p. 360.

l) Württembergisches Land - Recht P. I. T. 16. S. 82. Chur-Pfälzisches erneueretes Land-R. Th. I. Tit. VIII.

m) Neu reformirte Landes-Ordn. des Fürstl. Graffschaft Tyrol 36. 53. T. f. 53.
verbis: und Weibsbilden, die nit Mann haben, denen allen sollen Anweiser verordnet werden, die verpflichte seyn und handeln.

n) Hohenlohisches gemeins. Land-R.
2. Tb. T. 1. §. 8. S. 48. Hohenzöllerische Landes-Ordn. 1. 71. S. 57.

o) Der Stadt Ulm Gesetz und Ordnungen. 2. Tb. 5. T. 1. §.

p) Nomen Vaut aduocatis tribuitur v. c. in litteris apud GVDENVM in cod. dipl. Tom. I. p. 119.

q) Quindecim doctorum hominum de aduocatis definitiones recentes MART. MAYERVS a SCHOMBERG de aduocat. armata. cap. IV. p. 96 sq.

nominarent ^{r)}). Qualis constitutio, scilicet tutelae, quam maritus in vxorem suscipit, non requiritur, quippe qui dominus & administrator rerum vxoris legitimus est, & ipso facto seu consensione thalami (§. III.) constituitur; indeque nomine peculiari einer Ehe-Voigts gaudet.

§. V.

Variae huius tutelae diuisiones.

Sed qua ratione variae vniuersi aduocatorum sive patronorum generis forme deprehenduntur, prout vel diuersitatem hominum aduocatorum personam gerentium, vel eisdem subjectorum, vel modum aduocatiam constituendi respicias ^{a)}, eadem & GERMANI mulierum tutores in diuersas familias diuisisse, ex antiquitate constat. Si enim a principis sublimi omnium subditorum & totius reipublicae cura discesseris, primum diuizio aduocatiae sive curae muliebris in *simpliēm & maritalem* ex personarum diuersitate descendens occurrit. Qui priorem, quo nomine dativa & legitima praeter maritalem veniebant, exercebant, simpliciter *Voigte* dicebantur, sed qui vxorum suarum protectionem gerebant, appellatione *der Ehe-Voigte* insignitos esse legimus. Alterum discriminē ex negotiorum diuersitate erat desumptum. Qui feminis in forensi strepitu succurrebant, atque illarum iudicialia negotia gerebant, denominationem *der Kriegs-Voigte* fortiebantur, caeteris *Voigte* iterum simpliciter denominatis. Singulae obseruationes legibus iam

^{r)} RÖSLIN von besondern weibl. Rechten, 2. B. IV. Abschn. 1. Haupft. Gene-roßff, 10. HENR. CHRIST. DE SEL-

aduocati in Ducatu Celleſi Lüneburgico

§. I. in EIVSD. Exercit. Iur. Germ. exerc. X, p. 533 sq.

^{a)} DE SELCHOW loco laud. §. III. CARL OTTO RECHENBERG de Ad-

uocatis & Aduocatiis Germ. § 8. p. 15.

iam supra laudatis confirmantur, neque noua & singulari probatione indigere videntur, quae longa etiam foret fabula.

§. VI.

Origo et usus perpetuae mulierum tutelae.

Quod ad origines perpetuae feminarum tutelae attinet, ex illa admiranda legum Germanicarum, exterarum & borealium a) imprimis, harmonia (§. III.) earumque mirifico concentu, deinde ex causis huius legislationis, in ipsa reipublicae Germanorum formula gentisque genio absconditis, ex denominationibus deinde vere innatis ac patriis (§. IV.) non dubium videtur, quin uno eodemque oraculo **THEMIDEM GERMANICAM** hanc pronunciasse legem **GERMANIS** pariter ac vicinis populis origine Germanis dixeris. Quare grauiter errare videntur, qui tutelae mulierum perpetuae natales vel a moribus **GRAECORVM** b), vel a **ROMVL** I^{II} sive **NVMAE POMPILII** legibus, aut similibus

a) Egregia sunt, quae de usu legum gentium exterarum sed origine Germanarum in illustrando iure patrio monet IOAN. CAR. HENR. DREYER in libello singulari *de usu genuino iuris ANGLO-SAXONICI in interpretando iure CIMBRICO* p. 41. §. 2. not. f.

b) Apud **GRAECIAE** gentes olim etiam in usu fuisse perpetuam feminarum tutelam testatur lex **ATTICA**, quam refert **DEMOSTHENES** in oratione *aduersus NEAERAM*, ubi inter alia occurrent verba: *ο κυριες της γυναικος*. Idem testatur alii auctores, quos laudat IO. SCHILTER exerc. 37. ad Lib. 27. ff. tit. IO. §. 222.

seq. Ex Graecorum legibus illam tutelam deinde in mores & iura **QVIRITIVM** translatam esse mihi cum SCHILTERO exerc. 37. ad D. §. 225. verisimile videtur, quidquid EVERHARDVS OTTO de perpetua feminarum tutela cap. I. §. 5. p. 10. contra disputauerit, qui illam ad mores & Romanorum instituta ante LL. XII tabularum putat referendam. Quidni credamus, Romanos etiam hanc legem e **GRAECIA** translatisse, quum, eos totum ius publicum & priuatum secundum Graecarum gentium leges reformasse accepimus? Nec obstat, nullum huius tutelae vestigium superesse in fragmentis legum decemvirialium sive XII tabularum. Nam-

libus institutis peregrinis arcessendos esse contendant. Vanum inde est elogium WIEBELII, qui in tract. de contract. mulier. cap. I. §. 36. de origine huius doctrinæ ita sentit: *Verum enim vero de moribus nostris si quis quaerat, fere in usum est receptum ius venus.* Et vanum erit eorum studium, qui forsitan ius patrium, vbi adhuc vigeat, ex antiquitatis Graecæ & Romanae monumentis illustrare seu interpretari conentur. Rectius ergo putem, hanc iuris nostri dispositionem ad mores & ius traditum, quod ante iuris peregrini receptionem obtinuit, esse referendam. Sicuti & moribus maiorum acceptum ferendum videtur illud ius, quod hac de re in leges scriptas redegerunt LONGOBARDI, quamquam illos huius instituti singulares autores suis se nullo modo mihi sit persuasum ^{c)}. Quae quidem ante a nobis excussa legum Germanicarum testimonia quamvis omnino euincunt, perpetuam sexus infirmioris curam olim & ab origine fuisse institutum iuris Germanici plane vniuersalis, tantum tamen abest, ut nostra aetate etiam vniuersale principium dici possit, vt potius, nisi statuta diserte curam istam confirment, tota haec quaestio secundum iuris IV STINIANEI placita sit dirimenda. (§. II. in f.) Quum misera illa tempora saec. XIV. XV. XVI. iurisprudentiam Germanicam fere oppimerent, imminuta antiquitatis reuerentia atque labefacta morum & iuris traditi

que omnino tenemus, maximam harum legum partem temporum iniuria esse extinctam. Sed reuera adhuc Reipublicae tempore Romanos etiam feminas perpetuae subiecisse curas confirmant scriptorum testimonia; ex quorum numero laudare libet CICERONEM in orat. pro MURENA cap. XXVII., LIVIVM Lib. XXXIV. cap. 2. & APOLLINEM, Oratorem, Philosophum & Ictum

doctissimum in Apologia coram SOLLIANO AVITO BYTHINIAE praefide dicta. Huc etiam pertinet lapis antiquus apud GRUTERVM pag. M. S. n. 6. videatur EV. OTTO loco laud. § VI.

c) Ita putarunt MEYERS in Comment. ad Ius. Lubec. Lib. I. Tit. 7. art. 4. nr. 5. & RÖSLIN in der Abhandlung von besondern weibl. Rechten. II. B. IV. Abschn. I. Hauptft. s. 7. S. 74.

traditi innati auctoritate: vis iuris peregrini Iustiniane vbiue
fere praeualuit, nihilque prius & antiquius habuerunt principes
& ciuitates, quam vt iura prouincialia & statutaria ad iuris pe-
regrini placita reformarent *d)* Multis scilicet Doctorum con-
troversis & disputationibus fessi tandem Germani remedium
componendi controversias de interpretatione & applicatione le-
gum quaesuerunt in iuris Romani receptione. Quo etiam fa-
ctum, vt perpetuam feminarum tutelam antiquissimis maiorum
moribus comprobatam saepius vel in statutis plane sustulerint *e)*,
vel certe arbitrio partium reliquerint *f)*. Illustri sane exemplo
hauc obseruationem comprobauit EYBEN, ICtus celeberrimus,
qui narrat FRISIAE orientalis sequens fuisse statutum *g)*: "Alle

D "uniaib-

d) HENR. CHRISTIAN. DE SEN-
KENBERG bistor, statut, Francofur, §.
XIII, Tom. I, Select. iur. & bistor. p. 523.
CHRIST. HENR. ECKHARDT Her-
meneut. iur. P. II. §. 14. p. 315. 10.
SCHILTERI Exercit. ad D. VIII. §. 41.
e) Untergerichts- Ordu. des Erzstift's
Mainz vom Jahr 1533, fol. 21. 23 & 24.
Untergerichts- Ordnung des Erz. Stift's
Trier vom Jahr 1539 f. 13. f. 35. Gerichts-
Ordnung des Churfürstenthum Ober- und
Nieder-Bayern Tb. 4, art. 2, art. 4.
Landgerichts- Ordnung des Erz. Herzog-
thums Oesterreich des Landes ob der Enns
von Jahr 1559. Die Kaiserl. Königl. Ord-
nung und Reformation guter Policy in
dem Nieder-Oesterreichischen und Fürßl.
Graffschaf Görz vom Jahr 1552. Ge-
richts- Proceſſ und Ordnung des Landrech-
ten des Hochlöbl. Erz. Herzogthums unter
der Enns von 1557. Der Stadt Wien
Ordnung und Freiheiten vom Jahr 1526.
Fürstlich Hessen-Hanauische Hof- und

Ehegerichts-Ordnung vom Jahr 1747. Tit.
XI. Art. II. §. 9. Margräfl. Branden-
burgische Gerichts- und Proceſſ-Ordnung.
Oonzbach 1730. I. Th. I. T. §. 12. Der
Stadt Frankfurt Reformation 1578, er-
neuert. Edit. 1611. Tb. 1. Tit. 6. 2. Tb. 1. T.
16. T. §. 6. Des H. R. R. freyen Stade
Regensburg erneuerte gerichtl. Proceſſ-
Ordn. vom Jahr 1741. Tit. II. Nürnberger
Reformation vom Jahr 1564, mit Aumer-
kungen erläutert 1737. Tb. 1. T. 5. Ges. §.
§. 1. S. 698.

f) Königl. Preußische Hypotheken-
und Concurs-Ordnung vom Jahr 1723. §.
45 — 47. Grundsätz des Cod. Frider.
Marchici P. 4. Tit. 9. Seft. 2 & 5. arg.
§. 104. S. 324. Königl. Preußische
Wechsel-Gerichts-Ordnung vom Jahr 1724.
Art. 8. Stifts Würzburg und Herzogth.
Franken. Landgerichts-O. III. Tb. T. 7.
§. 7.

g) in diss. de tutela feminarum. p. I.
Membr. I.

"uniährige olderlose Kinder, und alle Frauenspersonen schoelen heb-
"ben einen gebohrnen affte gekobrnen Vormund. Enen lungfrowe,
"Mager, affte Weduwе, affte ander Frowenspersonen schoelen nicht
"moegen versetzen, verkopen, verpanden Hues, Arse, affte Werfe
"denn die Frowe mit Verloevе ochres Mannes, und die Sonckfrowe
"und Weduwе mit orlaf des Richters." At comprobat vir clarissi-
mus pluribus supremae curiae prouincialis rebus iudicatis, ius
illud patrium nouiori consuetudine sublatum sive imminenti iure
peregrino plane esse oppressum b). Quae quum ita sint,
omnino affirmandum, perpetuam seminarum curam nouiori
aetate non esse principium iuris Germanici vniuersalis, sed spe-
cialis admodum. Proinde qui ad illam curam prouocat, eam
vel obseruantia legitima seruatam vel statutis & legibus con-
firmatam esse probet necesse est, ea scilicet ratione, qua supra
feminas Lubecenses perpetua regi tutela euicimus.

S. VII.

*Femina, quae sub cura est, aliorum curam
suscipere nequit.*

Quum, vti ex iis, quae hucusque deducta sunt, claret,
tutela sive cura mulierum posita sit in potestate curatorum, au-
toritatem interponendi non omnibus quidem, sed iis tantum
actibus gestisque mulierum, ex quibus detrimenti aliquid cap-
re possint a): consequens est, vt femina neque in causis rem
familia-

b) Conferatur EV. OTTO de perp.
fem. tut. cap. II. § 5. p. 5 & 6.

a) Hanc definitionem euincunt
omnia vocabula, quibus tutores fe-
minarum in Germania notantur, §.

V. HEINECCII elem. iur. Germ. Lib.
I. Tit. XV. §. 360. p. 297. BALE-
MANN de femina ex antiquitatibus &
legibus Rontanis, Germanicis & Lubecen-
sis Sect. II. §. 7. p. 114.

familiarem neque mercaturam, si quam exercet, spectantibus regimini curatoris obnoxia sit ^{b)}, vt vero pro se postulare vel causam in iudicio disceptare, siue se ipsam sine curatore defendere nequeat ^{c)}; itemque vt in alienatione bonorum immobilium ad consilium atque consensum curatoris adstringatur, vt quae huius generis sine curatore egerit, omnino possint rescindi, vt denique, quum ipsa rebus suis arduis quidem superesse nequeat, neque curam neque tutelam aliorum in se suscipere, siue aliorum bona administrare siue personam defendere possit. Quae quum ita sint, per se patet, feminam absentis sororis bona curare, aut administrationem rei familiaris fratri prodigi, cui dispositio ob nimiam dilapidationem opum decreto iudicis interdicitur, suscipere nullo modo posse. Qua in re ius Germanicum cum Romano amice conspirat, quamuis fundatum istius dispositionis Romanae a fundamento legum Germaniarum maxime diuersum esse extra dubitationis aleam sit positum ^{d)}.

S. VIII.

*Brevis expositio dubitationis subnascientis ex art. V.
tit. X. lib. I. iuris Lubecensis.*

Sed singulare quid & a iure tum communi Germanico, tum Lubecensi abhorrens receptum est in art. V. tit. X. lib. I. iuris

D 2

Lube-

^{b)} de SELCHOW elem. iur. Germ. lib. II. cap. III. sit. III. sect. II. §. 519. p. 607.

^{c)} Ita in iure WÜRTENBERGI-
CX cautum est, vt tradit SCHVL-
TZIVS in compend. Lauterbach. p. 48.
Idem testatur de iure LVBECENSI
MEVIVS ad L. I. tit. VII. art. I. n. 18.
De GELRIA transinsulana & vicinis

provinciis videatur SANDE lib. II.
tit. 4. def. 3. de GALLIS, HISPANIS
aliisque adeundus WIBEL de con-
tract. mulier. c. I. n. 36. 47. & cap. III.
n. 253. CARPOV. p. I. c. I. def. 30.

^{d)} HEINECII elementa iur. ciuit.
secundum ordinem ss. Lib. XXVI. tit. I.
§. 292. p. 509.

Lubecensis, vbi administratio portionis hereditariae, eruptae
 scilicet male sese gerentibus, non fratribus solum, sed sorori-
 bus etiam, quae ipsae sub tutela perpetua vitam degunt, deman-
 detur verbis: *so soll der oder dieselbe seines Guts nicht mächtig seyn,
 sondern seine Brüder und Schwestern sollen das Gut verwalten so lange,
 bis er oder sie sich zur Besserung anschicken und wohl anstellen
 würden.* Causam quidem huius dispositionis plane singularis
 sagaci quidem studio explorare studuit DAVID MEVIUS, vir
 summus in iuris Lubecensis disciplina a), cuius vestigia pressit
 ICtus clarissimus IOACHIMVS LVCAS STEIN in absoluta in
 iura Reipublicae Lubecensis commentatione b). Quemadmo-
 dum enim Quiritium legibus cautum erat, vt penes illum in-
 commodum curae esset, qui spe succedendi gauderet, ita isti
 putarunt duumiri, ob spem successionis, in cuius praeiudi-
 cium aut detrimentum rerum hereditiarum prohibita sit aliena-
 tio (art. fin. h. t.), etiam in sorores, quae alias curatrices esse
 nequeunt, deuolui curam fratrum & sororum male sese geren-
 tium. Sed quum cura perpetua seminarum, vt supra (§. V.)
 comprobauimus, institutum Germanicum idque innatum sit
 neque a peregrinis ad nostra fora translatum, tota haec disci-
 plina, quod pace tantorum virorum dixerim, minime ex iuris
 Romani placitis sed potius ex antiquitatibus patriae aequo ac ex
 genio legum Germanicarum videtur illustranda; praesertim
 quum contrariam amplectentes sententiam, quod mirandum
 ne uno quidem, ad evincendam hanc, quam meditati sunt, dis-
 similitudinem & certe satis idoneo usi sunt argumento. Ut ergo
 brevibus dictum illud discrimen proligemus & ipsam quasi
 senten-

a) in comment. ad ius Lubecense lib.
 I. tit. 10. art. V. addit. num. 7.

b) in der gründlichen Abhand-
 lung des Lübischen Rechtes lib.
 I. tit. 10. §. 58. p. 81.

sententiae arcem impugnemus; notum est & multis iisque indubitatis historiarum constat monumentis, conservationem & incrementum familiarum apud omnes fere gentes & in primis apud Germanos effecisse, ut commune bonorum dominium uniuersae genti tribuerent, & liberos, viuis adhuc parentibus, *condominos*, parentibus autem defunctis, plene iure dominos rerum sibi a parentibus relictarum crediderint. c) Proinde inter multa alia iuris patrii argumenta, quae ex condominii principio commode explicari possunt, & clara exinde resurgent luce, hancce singularem iuris patrii dispositionem referendam esse, altera dissertationis parte demonstrare apud animum meum constitui.

c) vid. 10. CAR. HENR. DREYER de inaequali masculorum & feminarum secundum iura Cimbrica successione §. IV. p. 25.

SECTIO II.

DE CONDOMINIO IURIS GERMANICI EIVSQUE VSV
NOMINATIM IN EXPOSITIONE ARTICVLIV. TIT. X.
LIB. I. IURIS LUBECENSIS.

Argumentum:

- §. IX. *Condominii Germanici definitio ac diuisio.*
- §. X. *Varia condominit nominata.*
- §. XI. *Origo et causa condominiti.*
- §. XII. *Condominii natura et effectus brevibus explicantur.*
- §. XIII. *Vsus condominiti in doctrina de retratu et protimis eos iure.*
- §. XIV. *Vsus condominiti in successione feudal.*
- §. XV. *Vsus condominiti in successione allodiali.*
- §. XVI. *Vsus condominiti in successione ex iure Lubecensi.*
- §. XVII. *Condominium curae legitimae, quae sororibus ex iure Lubecensi in fratres et sorores male se gerentes competit, unicum et verum est fundamentum.*
- §. XVIII. *Hanc curam sive administrationem legitimam non nisi utroque parente defuncto in fratres et sorores devolui, ex natura condominiti, iuris Lubecensis analogia et clara dispositione probatur.*
- §. XIX. *Effectus huius curae modusque eam constitendi itidem unice ex condominio clarent.*
- §. XX. *Conclusio.*

§. IX.

Condominii Germanici definitio ac diuisio.

Condominium Germanicum, cuius naturam plures eruditio-
nis laude illustres vel data opera, vel aliud quasi agendo ex-
posue-

posuerunt a), in primis die *Ganerbschaft* b), recte nominari potest: *Ius, pluribus pro partibus indiuisiis in una eademque re competens, excludendi extraneos ab eiusdem rei acquisitione.* Ex quo manifestum est, condominium iuris Germanici admodum differre quoad effectus a condominii specie, quae in iure Justinianeo deprehenditur. c) Ex iure Quiritium enim quilibet condominium liberrima gaudebat de sua parte disponendi facultate, ut caeteris condominium ne ius quidem competenter protimiseos. Sed alia omnia condominium principia stabilierunt iuris prudentiae Germanicae antistites. Illi nimurum non solum ius protimiseos ex condominio deducebant d), sed etiam ad conseruationem & florem

a) Praeter III. HENR. CHRISTIAN. DE SENKENBERG, qui in primis lineis condominium pro indiuiso sine *Ganerbinatus*, integrum illius naturam exposuit, commendanda sunt scripta I. I. REINHARDI. Gründliche Ausführung des Rheingräflich Grumbach- und Rheingrafensteinischen Erb- und Lehn-Folgerechts in die Hälfte der erledigten Rheingräflich Dänischen Landen de An. 1751. Die Gemeinschaft als ein wahrer Grund der Erbfolge und der einzige Grund der Lehnfolge derselben Verwandten de An. 1755. Neue Anmerkungen von der Lehnfolge aus der Gemeinschaft ohne Mitlehnenschaft. Frankf. und Leipzig, 1762. IO. CAR. HENR. DREYERI differt. de inaequali masculorum & feminarum secundum iura Cimbriae successione. Nec minori iure huc referenda est CAR. FRID. WALCHII sive resp. EBERH. FRID. A MANNSBACH comment. de condominio successionalis fundamento in Germania, lenac 1773, item GEO. ERN. LVD. PREVSHII Beyträge zur Erläuterung der Successions-Ord-

nung in teutsche Reichsländer, insbesondere die Lebze, wie solche in den mittleren Zeiten am Enden Schwäbischen Rechens publich gewesen ist, quas meditationes reperies in cel. SCHOTTII Juristischen Wochenschriften I. Jahrgaug. S. 443 seqq. Alia huius generis scripta, sed nihil iusto ordine hac de propontentia, larga manu collegit DE SENKENBERG in primis lineis condonii. & quidem in prologo pag. I. Laudari etiam merentur IO. CAR. HENR. DREYERI Anmerkungen von den Kindern so in der Welt sind, in Dessen Samlung vermischt. Abhandl. I. Th. pag. 93 seqq.

b) Ex moribus Graecorum ac Romanorum condominium docte exposuit SENKENBERG de testamento publ. c. 3. §. 3. f pag. 35. IDEM de successione filiar. in regnis & principat. c. I. seqq.

c) CARL FRID. WALCHS Nährrechts B. I. cap II.

d) WALCH f. a MANNSBACH de condominio successionalis fundamento in

florem familiarum condominium principale successionis legitimae fundatum sive causam proximam reputabant, pactis aequo minus inuertendum, ac ultimi possessoris voluntate. Ceterum illud iuris Germanici condominium, cuius notionem modo exposuimus, vel coniunctum est cum simultanea rei communis possessione, vel tantum omnibus eiusdem familiae membris adsignatum est, ita ut exinde eo praesentius & fortius ius oriatur, quo proprius cognatione quisque condominium cum bonorum possessore sit coniunctus. Illud condominium *expressi*, hoc taciti nomine a iuris Germanici doctoribus insigniri accepimus. In priori huius condominium specie illud singulare obseruare licet, quod fructus ex re communi percepti non semper in commune aerarium recipientur, sed diuidantur haud raro perdurante nihilominus condominium expresso. In chartis enim saepe mentio fit factae fructuum diuisionis, quamquam intuitu arcis ipsius pax castrensis celebretur, quae *Ganerbinatum* sive condominium *expressum* constituit. e)

§. X.

Varia condominium nomina.

Ad denominationem condominium quod attinet, illud quidem, quod Graecis & Romanis notum erat, sed a Germanorum condominium, ut iam monuimus (§. II.), toto coelo diuersum, vocatur saepenumero in libris nostris *dominium plurium vinis rei* a), sicuti *ULPIANVS* mentionem fecit duorum, qui

aequa-

Germania §. 2. p. 3. von *WICHT* de origine ac causa statui Officisci, quo fratri minori sedes paterna prae maioribus natu in success. relinquitur. §. 3.

e) Conf. deductio: Die reutsc̄he Stammfolge bey der Reichs - Adelich

Mannsbachischen Familie durch Verträge und Herkommen in ihren Burglehnen und Stammgütern de Ao. 1765. Beilage sub lit. A.

a) L. 48. §. 1. ff. de fideiuss. L. 20. ff. de paff. L. 2. C. cod.

aequaliter sunt aedium domini b). Itemque occurrit phrasis: *plures eiusdem rei domini c)*, & in Graecorum libris vocabulum *Συνδεσμοτεια d)*. Sed missis caeteris extraneorum appellationibus, videamus potissimum, quibus nominibus in antiquis documentis Germanicis condominium designari soleat, vt exinde diiudicari queat, quaenam instituta ex condominiumi nostri natura & legibus sint explicanda. Vocatur passim *Vielberrliches Eigenthum*, *Gemeinschaftliches Eigenthum*, *Gesamt-Eigenthum*, *Gemeinde-Herrschaft*, *Mitberrschaft*, *Zwey-drey- und mehr-Herrig-Land*; e) saepius vero leguntur voces, die *Ganerbschaft* sive *Chancerschaft f)*. Iam obseruarunt viri antiquitatum & legum Germanicarum doctrina clari in antiquis chartis condominium dici *Ganerbinatum*; & hunc Ganerbinatum re vera nihil aliud, quam condominium esse Germanicum. g) At id quidem recte. Etenim vox *Gan* significat *Gemein*. Vnde adhuc hodie passim, nominatim in *BAVARIA & AUSTRIA* die *Gemeinen Gläubiger* appellantur die *Gant-Gläubiger*, sicuti communis debitor der *Gantirer*, & ipse trames iudicarius in creditorum concursu obseruandus der *Gant-Proces*. h) Quid? quod *Gemeine* und *Ganerbe* medii aevi temporibus plane fuerunt

E

syno-

de *SECKENDORFF* visum, im teut.

ischen Fürstenfant §. 56.

g) *IAC. WERN. KYLLINGER de*

Ganerbiis castrorum, discursu I. n. 30.

seq. I. B. DE LYNKER de *Ganerbi-*

natu §. I. SCHILTER in *Gloss* sub vo-

ce *Ganerben*, *WALDSCHMID de pa-*

Etis Ganerbinat. §. 4. p. 6 sq. & de *SEN-*

KENBERG in *primis lineis condominium*

seu Ganerbinatus §. 4. p. 5.

h) *Bayrischer Gant-Proces* p. I. §. I.

b) L. 15. §. 17. ff. de *danno inf.*

c) L. I. C. *comm. divid.*

d) *SCAPVLA & STEPHANVS in*

thes.

h. v.

e) *RICCIUS in Spicilegio ad EN-*

GAVIUM Libr. II. tit. II. S. 690.

f) *HALTAVS in Glosario Tom. I.*

Pag. 583. *MART. ZACH. CRAMER*

de *Ganerbinatu* §. I. *ESTGRS kleine*

Schriften Band II. S. 391. Nullibi au-

tem occurrit *Ganerschaft*, vt L. B.

synonymia i). Id quod etiam hodie in HASSIA, FRANCONIA, aliisque Imperii Romano-Germanici pagis obseruare licet. Quae de re Illustrissim. L. B. DE SECKENDORFF ita scripsit: k) Heutiges Tages aber nennen sich in den vermischten Orten der Fränkischen und andern Landen ohne Unterschied *Ganerben*, die ein und andern Orts eigene mit aller Vogtey ihnen zustehende Unterhansen und Lehnshäfchen haben, welche Bedeutung nunmehr der Landen ganz usuel worden, in der That aber nichts anders als ein *Condominium* ohne alle weitere Wirkung importaret l). Iam frequenter venit *condominium nostrum* sub nomine der *Gewehr* m); inde etiam nata est differentia inter liberos, qui cum parentibus viuunt in bonorum *condominio*, siue die annoch in der *Were* sind, & liberos separatos, die außer der *Were* sind, qui a successione in hereditatem parentum, si illis humani quid acciderit, prorsus excluduntur n). Denique vocatur in vernacula *der Beyfitz*,

Von ARNOLD vom Vor- und Nachgang des Gant-Gläubigers, proaem. §. 2. & 14. Anonymi Anmerkungen über die Frankfurter Reformation P. II. tit. 5. p. 503. GMELINS Ordnung der Gläubiger bey einem entstandenen Gant-Proces (in der Einleitung.)

i) SCHILTER in Gloss. voce *Ganerben*.

k) Im teutschen Fürstenstaat, P. II.

c. 4. §. 5. pag. 56.

l) Illios, qui statuerint vocem *Gau* idem esse ac *Gegen* indeque *Ganerben* denotare mutuos sibi in uicem heredes, vel vocem *Gau* descendere a voce illa *Gau*, vt putauit STRAVCH de *Ganerbis* §. I. docte refutauit clariss. WALCH in laud. dissert. de *condominio successionis funda-*

mento in Germania

§. XVII. not. a.
m) Vid. Bayrisches Landrecht in HEVMANNI opusculis iuris Germanici §. 84. itemque Ius prov. Allemann. vulgo dictum der Schwaben-Spiegel cap. 152.

n) Egregie rem illustrauit IO. CAR. HENR. DREYER in der Sammlung vermischter Abhandlungen T. I. S. 39. sq. Cf. Altes Lüneburgisches Stadtrecht art. 16. in LEIBNITZII scriptor. rev. Brunsu, Tom III p. 758. Lüneburgische Gerichtsordnung Part. IV. tit. 16. p. 103. Weichbild art. 57. Sächsisches Landrecht lib. I. art. 15 — 31. lib. II. art. 60. Codex iur. Hamburg. de AO. 1270. P. IV. art. 7. in III. de WESTPHALEN monum. ined. Tom. IV. p. 2098.

sitz o), itemque die Gemeinsame p). Huc etiam pertinet
verbum *Samente* quod passim in iure DITHMARSICO de-
prehenditur.

§. XI.

Origo et causa condominii.

Quae celebris huius iuris patrii dispositio, qua pluribus pro
indivisiis partibus in vna eademque re, dominium tribuitur, unde
originem duxerit, merito nunc dispiciendum. Neque animus
est sententiam eorum examinare, qui condominium dominio
singulorum antiquius esse, & ADAMI posteros in perpetua vi-
xisse communione indeque condominii originem esse deducen-
dam contendunt a): quamuis, si rem accurate consideremus,
ex sacris litteris intelligatur, inter ADAMI liberos obtinuisse do-
minium quoddam priuatuum, quum ABEL opilio, CAIN vero
fuerit agricola; & in Patriarcharum historia diuisione parentum
inter liberos deprehendantur b). Hoc autem dubio caret &
innumeris antiquitatum documentis est comprobatum, Germá-
nos ab antiquissimis inde temporibus commune bonorum do-
minium vniuersae familiae liberisque in primis tribuisse eo qui-
dem consilio, vt quaecunque membrum familiae acquireret,
caeteris omnibus communia essent. Sicuti autem tale bono-
rum condominium inter parentes & liberos totamque familiam
obtinebat, ita etiam inter ciues pagi siue reipublicae cuiusdam
variosque populos in ysu fuisse videtur. Annuit certe conie-
cturae

E 2

a) WACHTER in Glossario sub vo-
ce *Beyitz*.

b) Ibid. sub voce *Gemeinsam* p. 555.
& in genere de condominii deno-
minationibus docta sunt, quae mo-
nuit CAR. FRID. WALCH in dem sy-

stematischen Entwurf des Nährrechtes
B. I. Cap. 2. §. 76. §. 4.

a) PFERENDORFF ius nat. §. Gent.

Lib. IV. c. 4. §. 2.

b) Genes. XXIII, XXV, I. XXVII. 48.

cturae TACITVS: "Agri, inquiens, pro numero cultorum ab uniuersis per vices occupantur" c). Admodum autem iejuna & fusculea foret ratio eorum, qui propterea, quod ille sequenti narratione affirmat, pagi ciues agros inter se diuidisse, crederent, hancce diuisionem etiam ipsum agrorum dominium attigisse. Qua ratione quid, quaeſo, ineptius proferri potest, quum idem adiiciat: "Arua per annos mutant et ſupereſt ager." Cum hacce TACITI interpretatione anice conſpirat IVLIVS CAESAR, Imperator toga ſagoque illuſtris referens, principes & magistratus in annos ſingulos gentibus cognationibusque hominum, qui vna coierint, quantum iis & quo loco viſum fit, agri tribuſe, atque anno poſt alio tranſire coegiſſe d). Nec defuerunt viri docti, qui hoc iuris Germanici innati & vniuersalis fecerunt principium magno eruditioſis & exemplorum apparatu exposuerunt ſive illuſtrarunt e). Liceat tantum ſymbolam addere ex iure IUTICO, ex quo condominium illud inter parentes & liberos obtinuiffe euidenter appetet. Locus eſt in iure IUTICO L. I. c. 6. §. final. Wente alle köſſe Land, dat de Bonde köſſt, in edder buuen der Gemenschop mit ſinen Kindern, dat ware des Voders Land genömet, itemque lib. I. c. 7. Sitten de Söne na der Moder Dode mit dem Voder in der Gemenschop, unde sind XV. Winter old, und willen von dem Voder affſcheiden, ſo mag he en irer Moder Gudt nicht vörentholden f). Rationes autem cur Germanis

c) de morib⁹ Germanor. cap. 26.

d) de bello Gall. Lib. VI. cap. 22.
Lib. IV. cap. I. HÖRATIVS lib. III.
Od. 24. Sunt quidem, qui locum
de agris cultu vacantibus interpreta-
ri velint, quo pertinet CHRISTIA-
NVS THOMASIVS in diff. de homini-
bus propriis §. 65. & IUST. CHRIS-
TIAN. DITHMAR innotis ad TACI-

TVM de morib⁹ Germanor. cap. 26. p.
157. Sed CAESAR locis laudatis ſub-
obſcurum TACITI locum plena-
lue perfundit.

e) POLAC ſyſtema iuriſprud. ciuil.
Germ. lib. II. cap. 4. TRESENREVE-
TERI antiquiz. Germ. lib. III. cap. 7.
p. 232.

f) IO. CAR. HENR. DREYER de in-

mis placuerit successioneis & proprietatis fundamentum ita consti-
tuere, non adeo longe sunt quaerenda. Quousque Germani non-
dum inuenerunt erat ius primogeniturae indeque descendantem
successioneem plane singularem; quid, quaeſo, melius, quam con-
dominii doctrina inseruire poterat splendori familiarum conser-
uando? Deinde decantatum est, peregrinorum in Germania
conditionem ita comparatam fuisse, ut magna inter indigenas
& peregrinos intercederet differentia, quae in eo potissimum
cernebatur, ut ab acquisitione bonorum immobilia omni-
excluderentur g), speciatim si ius adſpirandi ad officia prouin-
cialia hereditaria vel votum & ſeffio in comitiis iphis cohaere-
bant h). Iurisprudentia Germanica ita comparata, condomi-
nium bonorum insigne in hac argumentatione ferebat momen-
tum. Optimo enim modo per condominii doctrinam proſpiciebatur,
ne bona cuiuscunq; generis, inprimis immobilia, ad
exterios ſive peregrinos transferrentur. Porro inter caetera hu-
ius dispositionis commoda & hoc non vltimo loco collocandum
videtur, quod, quum quilibet in condominio manere eſſet
coactus, quisque condominium iura atque bona familiae con-
iunctis defenderet viribus atque armis. Quae res quantam vti-
litatem triftibus iuris manuarii temporibus procurauerit, nemo

E 3

ſane

*æquali masculor. & feminar. secundum
iugæ Cimbrica successionis § IV. p. 25. not. l.
g) III. PÜTTERVS in elem. iur.
publ. §. 362. Generofiss. DE SELCHOW
in elem. iur. Germ. L. I. cap. II. tit. I.
§. 217. p. 275.*

*b) BECMANN. de indigenatu §. 19.
p. 29 seq. Ita de BAVARIA hoc te-
mantur acta apud LÜNIGIVM in col-
lect. von der Landfäßigen Ritterſchaft T.
I. P. 481. 580. 581. 585. 654. de PALA-*

TINATV superiori ibid. T. I. p. 731.
de principatu NEOBVRGICO T. I. p.
1127 seq. de POMERANIS ib. T. II.
p. 296. 714. de ducatu SLESVICENS
& HOLSATICO T. II. p. 954. 969.
973. 976. 980. 982. de LVSATIA
Tom. I. p. 870. de principatu HAL-
BERSTADIENSI Tom. I. p. 1510. de
terrīs BRANDENBURGICIS Tom. I.
p. 1528. de ducatu GVELPHIBITA-
NO Tom. II. p. 151.

sane erit, qui non intelligat. *i)* Denique vel ipsa naturalis ratio gentibus non excultis adhuc & rudiibus iureque positivo destitutis condominii remedium controversias de dominio & hereditate ortas decidendi suppeditare videtur. Quid inde mirum, Germanos & hac in causa naturam ducem secutos esse libertatis naturalis semper tenacissimos? *k)*

§. XII.

Condominii natura & effectus breuibus explicantur.

In explicandis singularibus iurium domesticorum principiis antiquissima Germanorum tempora perlustrantes, non semper, ob litterarum & studiorum ignorantiam, in qua versabantur maiores nostri, perspicuum placitorum legalium deprehendimus notionem, nisi tribuamus fidem probabilibus coniecturis ex negotiorum ipsorum indole & iuris naturalis ratione, quam potissimum sequebantur Germani, petitis. *a)* Qua de re quidquid legibus Germanorum superiori aetate in scripturam redactis caustum chartisque denique comprobatum inueniamus, id ipsum antiquissima etiam aetate in usu fuisse & translatitium quasi esse probabili argumentatione statuendum videtur. Quae si ad condominii indolem applicare lubeat, omnino affirmandum erit, omnes homines cuiuscunque conditionis & sexus, nisi legibus particularibus fuerint ab acquisitione dominii exclusi, condominii capaces fuisse. RITTERSHVSIVM *b)*, qui se minis

i) CAR. FRID. WALCH s. resp. a MANNSBACH de condominio successione fundamento in Germania, §. XVII. p. 27 & 38.

k) WALCH sive A MANNSBACH loc. laudat. §. IV. p. 445. CARL FRID. WALCHS systemat. Entwurf des

Näherrechtes, in der Voreinnerung §. II. & 12. S. 15. t. B. 2. Hauptl. §. 3. s. 25.

a) GEO. LVD. BOEHMERI, Icti summi, electa iur. civilis, Exercit. XIV. §. 1. pag. 487.

b) Partit. feudal. p. 236. Add. PLSTORIS Vol. I. cons. 21. n. 52.

minis condominii acquisitionem denegare conatus est, plures refellunt chartae pluraque antiquitatis monumenta. Hoc confirmat locus chartae cuiusdam de an. 1627, quam seruauit PREVSCHEN c), ex quo intelligitur, HENRICVM, comitem de WERDA in feudo oblato successionem ex condominii principiis non filiis solum, sed etiam filiabus suis constituisse. Quae dispositio sequentis tenoris est: „*Nos erint uniuersi praesentes et futuri, quod nos pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum castrum nostrum V TENHEIM, cum omnibus pertinentiis, parvum nostram in castro superioris WERDE, proprietates nostras in BALSHEIM, villam in Cleg, curiam nostram in GUTSEHEIM — ecclesiae Argeniensi libere extradidimus et dominum tali conditione prachabita, quod nos a Reverendo domino nostro B. Argentinensi episcopo et successoribus suis eadem bona tenebimus nomine FEODALI, FILII AVTEM VEL FILIAE, quos de legitimo matrimonio forte generimus, iure feudali in praedictis bonis succedant.*” Sed quum ratio condominii Germanici potissimum in flore gentis ac perenni familiarum splendore collata esset (§. XI.), mirum non est, seminarum, fratribus existantibus, nullum condominii fuisse exercitium nullamque adeo in bona feudalia & allodialia stemmatica siue auiatica successione. Huic argumento adhuc accedit, quod Germani ingenui olim de terris quibuscumque militaria praestiterint officia. Vnde seruitiorum capaces filii, si qui exstiterint, in terras succederent, feminae autem, quibus erogatio in militiam non erat necessaria, vel in domo paterna alimenta de bonis parentum acciperent, vel cum dote congrua marito traderentur. Illustre antiqui-

c) GEORG ERNST LUDWIG PREVSCHEN Beyträge zur Erläuterung der Successions-Ordnung in teutische Reichstaaten; insbesondere die Lehen, wie sol-

ehe in mittlern Zeiten an Euden Schwaebischen Reichs üblich gewesen. in SCHOTTS Juristischem Wochenblatte 1. Jahrgang S. 456 & 457.

antiquitatis testimonium, quo filiam accepta dote a parentum hereditate e condominio exiisse & a parentum hereditate masculis existentibus exclusam esse declaretur, ex iure FRISIONVM WVRSATIAE laudat illustris a PUFENDORF in obseruat. iur. vniu. app. n. 2. p. 67. „Wenn Söhne und Tochter vorhanden, so bestimmt oder gibt der Vater seiner Tochter, oder auch nach dessen Tode der Sohn seiner Schwester aus den sämtlichen Gütern einen gebührenden Brantschatz, wenn solches geschehen, kan die Schwester mit dem Bruder in Vater und Mutter, Schwester und Bruder Gut nicht erben.“ d) Quem patriae morem non solum tot antiquarum legum monumenta euineunt e), sed nostra etiam aetate plures familiarum & prouinciarum Germanicarum leges atque obseruantiae loquuntur, vt nominatim de CIMBRIA doctissimis argumentis docuit IOANNES CAROLVS HENRICVS DREYERVS de inaequali masculorum & feminarum secundum iura Cimbriae successione. Sed fratribus & masculis plane deficientibus, quae ad immobilia potissimum vocarentur, f) vel ratione huius legis prorsus cessante, quod nimis iis locis accidit, vbi vniuersalis communio bonorum inter coniuges vigeat, cuius principalis effectus in eo consistit, vt post concensionem thalami plena bonorum cuiuscunque generis

d) Idem sanctum est in iure equestris nobilitatis BORVSSICAE corresp. Ao. 1598. tit. de successionibus, & in iure HADELENSI Part. III. tit. 12. p. 41.

e) Lex SALICA tit. LXII. §. I. Formulae MARCVLFI lib. II. form. X. app. c. 47. Lex RIPARIOR. tit. LVI. §. 3. Lex BVRGUND. tit. XIV. §. I. LL. ALEMAN. tit. LXXXVIII. Lex BOTIOR. tit. XIV. c. 8. LL. ANGLO-

RVM tit. VI. LL. SAXONVM tit. VII. §. I. & §. 8. IUS PROV. SAX. lib. I. art. XVII.

f) GUNDLING de renunciat. hered. filiar. illustr. c. I. §. II. seq. BVRGEMESTERI thesaurus iur. equestr. p. 388 seq. DE SENKENBERG de success. filiar. in regn. & principat. c. V. §. 39 seq. BVRGEL Erläuterung des in Deutschland biblischen Lehen-Rechtes. S. 399.

ris confusio sive condominium oriatur, g) tunc etiam filias & feminas condomini effectus rite exercere adeoque illius omnino capaces esse, id est quod contendimus. Obiectum condomini autem si species, dubio caret, ius tum in re, tum ad rem, ciuitates, castra, pagos, villas, res mobiles atque fere mouentes, iura, obligationes & reliqua omnia condominio comprehendendi. h) Ceterum quum, quod obseruauimus (§. IX), tale condominium omnibus condominis ius aequale in rebus communib[us] pro partibus indiuis tribuat, sequitur, vt condomini omnia coniunctim gerant, adeoque vt nemo dominorum quidquam facere possit inuitis alteris. i) Ex quibus simul perspicitur, cur liberi nondum separati a parentibus suis nonnumquam vocentur *Mitherren*, *Miterben*. k) Scilicet in hac appellatione de condomini & hereditatis inde descendantis iure agitur, quod liberis ipso generationis facto in parentum patrimonio constituitur. *Mitherren*, *Miterben* dicuntur liberi, qui in communione rei & iuris cum parentibus sunt sive cum illis, vti in iure *IVTICO* lib. I. cap. 9 & 10. legitur, sunt *im Sammenden Gute*, *in der Gemeinschaft*, oder *in der Were*, sive, vt stylo AVSTRIAEC Legibus familiari dicitur, *in der Kbarschafft*.

F

Namque

g) Huius naturam optime exposuerunt FRANC. CAR. VOGT de communione bonorum inter coniuges eiusque effectu, Kil. 1722. CHR. GOTTH. HOFFMANN de communicationis bonorum coniugalium natura atque principiis, Fef. 1770. GEO. LUD. BOEHMER de iuriis & obligationibus coniugis superfirris ex communione bonorum universali, Goett. 1748.

b) L. B. DE SENKENBERG in pri-
mis *Lineis condominii* §. 2 & 8.

i) FROMMANN in diss. de condon-
mino p. 43 seq.

k) in chartis apud LVNIGIVM in
Specieleg. eccl[esi]e, P. III. p. 326. DE LV-
DEWIG reliqui. Mfor. Tom. V. p. 47.
Nam vocem heredis sive Erben tum
apud priscos Romanos, tum Germanos
generatim dominum significasse,
nemo est qui ibit inficias. ESTORS
kleine Schriften. Tom. X. p. 417. EC-
CARD in *catechesi Theotica* p. 159.

Namque tale plenum cum parentibus condominium liberis omnino tribuunt Germanorum mores atque leges *1).* Quoniam igitur liberi nondum a condominii nexu soluti aequae ac parentes ipsi rei familiaris erant domini, consequens erat, parentes liberorum consensum in rebus immobilibus alienandis impetrare debuisse. Quo liberorum & heredum consensu a parentibus neglecto, hos optimo iure suo alienationem vel impedire vel reuocare rem alienatam potuisse moribus & historiae testimoniis edocemur *m).* Quid? filiis adhuc impuberibus parentes allodia in extraneos transferre cupientes cautiones solemnies interposuerunt de filiorum consensu deinceps impetrando, si peruererint ad annos discretionis. *n)* Deinde qui ista ratione ex legum potestate in bonis paternis erant sui heredes aequae ac domini, hoc condominii iure inscii pactis aequae minus ac suprema vltimi possessoris voluntate poterant priuari, quamquam alias, liberis nondum existentibus, tum pactis rerum communio & condominium erigi, tum consensu declarato & accepto leges istiusmodi condominii scribi potuerint. *o)* Ita calamitosis iuris manuarii temporibus inter plures nobilium familias singularibus pactis condominium sub lege defensionis contra tertii incursiones erectum esse legimus. Quae societates, ut complexus bonorum quae in communione possidebant,

GANER-

1) Bremisches Stadtrecht ft. 8. pag.
38. Ditmarisches Landrecht Art. 39.
Neumünsterische und Bordesholmische Kirchspiel Gebräuche Art. II. *Egregia quaevis hanc ad rem dixit meritissimus Patriae Senator HERM. GEORG. BÜNEKAV de separatione liberorum ex iure Germanic. & Lubec. in §. 2. dissertationis, quae plaudentibus Musis Charitibusque exit Göttingae 1752.*

m) Videantur chartae apud GRV-

PIVM in origg. Liou. p. 207. & LVDWIGIVM in Relig. Tom 2. p. 367. de GUDENVS in cod. diplomar. Vol. I. p. 129.
n) SCHANNAT vindic. litterar. collect. I. p. 211. IOANNES in Specilagio tabularum inedit. p. 511. SCHAMELIUS in Thuring. sacra p. 307.

o) THEOD. GEO. GVIL. FMMINGHAVS de eo, quod inservit est circa conventionales hereditatum translationes, Kiae 1759.

GANERBINATVVM nomine veniebant. p) Porro quemadmodum omnia coniunctim a condominis administranda omniaque commoda communia esse obseruauimus, ita etiam condominos in omnia iura omnesque obligationes succedere, nisi quae-dam vnius morte extinguantur, sive obligationes & actiones tum actiua tum passiuas singulos condominii participes pro sua rata sequi, neque dubium neque iniquum vlo modo videri potest. Sed quum condominium, quamquam alias insignia proferret commoda, nequaquam vitiis communionis, quae discordiarum mater esse solet, careat, necessarium semper videbatur, subinde pacta erigere, quibus de rei communis administratione, de damno, expensis, iure suffragii, litesque ex domino ortas componendi modis, quae e re viderentur, essent cauta. Cuius generis pacta, quae appellationibus *der Burgfrieden, Vergleiche, Entscheide, insignie* bantur, saepe adeo iuramentis firmare & subinde innouare solebant maiores, pacis & tranquillitatis studiosi. q) Haec, quam breuibus exposuimus, sicut iuris Germanici de condominio disciplina, cuius in interpretando iure innato vsum recentem & perpetuum quibusdam exemplis illustrare animus est.

S. XIII.

Vsus condominii in doctrina de retractu & promis eos iure.

Vsus principiorum legalium, quae hucusque de condominio tradidimus, per omnes iuris Germanici publici aequa ac priuati

F 2

p) NIC. CHRISTOPH. DE LYNKER
de *Ganerbinatibus* §. I. L. B. DE SEN-

q) L. B. DE SENKENBERG *primae*
lineae condominii cap. II. §. 21. p. 20.

KENBERG in *select. iur. & histor. Tom.*
II. p. 57. & 344.

priuati disciplinas diffusus prae primis cernitur in doctrina de retractu & iure protimiseos (*vom Nährrechte*). Quum enim, quod monuimus (§. XI), arua siue agri adeo in ciuium condominio essent constituti, omnis alienatio fundorum prohibita esset necesse erat. Quodsi fieri debebat, nihil aliud tam naturale erat, quam ut reliquis lociis dominii principalis condominus ad inopiam forte redactus partem suam pro iusto pretio offerre teneretur. Quo iure protimiseos neglecto nihilominus condominis ius retractus saluum manere debebat, propterea quod in tali condominio pro partibus indiuisis nemo partem suam possit designare, adeoque ius condominorum, ex natura condominii, ius excludendi quemuis extraneum largiatur. Insuper studium Germanorum extraneos a patria rebusque suis quam longissime arcendi tam magnum erat, (§. XI.) ut rusticis ad eundem pagum seu vicum pertinentibus retractus territorialis, *die Markloſung*, aduersus extraneos in bonis re vera diuisis, esset permisus, modo eiusdem pagi finibus, *des Dorfes Gemarkung*, circumseribentur. a) Quare condominii doctrinam unicum iuris protimiseos aequa ac iuris retractus Germanici fundamentum esse recte dixeris. Et maximas sane nugas agunt, qui horum iurium profecto innatorum & priorum primordia ex legibus *Quirinium*, vel *Iudeorum*, si diis placet, repetere eorumque principia inde explicare improbo studio conentur. Quae omnia iam dudum obseruauit & pro magna rerum Germanicarum, quae in viro egregio est, doctrina, *CAROLVS FRIDERICVS WALCH* in libello singulare, quem de iure protimiseos (*vom Nährrechte*) composuit b), luculenter illuſtrauit.

§. XIV.

a) *EISENHARTH de retractu territoriali, Markloſung. Helmſt 1707.*
 b) *Inscriptio libelli aurei, ad quem lectorem remitto, est das Nährrechte*

Systematisch entworfen von CARL FRID. WALCH; praesertim hoc pertinet res Haupftück: Von dem wahren Grunde des Nährrechtes. Eadem sentit illustris de

§. XIV.

Vsus condominii in successione feudali.

Solemne fuit Germanis eiusdem rei clientelare dominium omnibus familiae membris aliquis pluribus coniunctim conferre a) itemque, si partim superstitione, partim maioris securitatis ac defensionis ratione ducti b) bona in feuda dominis fortitudine ac dignitate conspicuis offerrent, inter alia iura singularia successionem ex condominii Germanici natura retinere. Evidenter hoc appareat ex charta iam supra (§. XIII) a nobis laudata. Rebus ita comparatis, nobis quidem valde placet eorum conjectura, qui putarunt, successionem feudalem, quae dirigatur secundum condominii regulas, ex frequentia feudorum oblatorum, in quibus reseruarent vasalli facultatem absque domini consensu de successione disponendi modumque ex condominio succedendi, quem ante oblationem secuti essent, retinendi, non tam originem duxisse, quam maximum potius accepisse incrementum. c) Quae feudi communis concessio omnium iurium & obligationum, quae vasallum respiciunt, communionem efficiebat. Vniuersum feudi communis dominium utile ad omnes coniunctim pertinebat; ius possidendi, utendi, & succedendi, obseruato tamen secundum condominii regulas ordine, erat commune, neque de ipso feudo, alterutro iusticamento, valebat dispositio. d) Antiquissimis temporibus ne necessarium quidem

F 3

erat,

SENKENBERG in primis lineis con-
dom. cap. II. § 5. 6. 7. 8.

a) SCHILTER de finali. princ. inue-
stie. c. I. §. 4. G. L. BOEHMERI ob-

seru. iur. feudal. ob. VIII §. I.

b) HEILFELDT in elem. iur. feud.
§. 153. ZAEPPELLE de orig. feudor ob-
lat. §. XII. Ieq. in IENICHEN thes.

iur. feud. Tom. III. p. 12. I. H. BOEH-

MER de feudis ecclesiast. c. I. §. XIII. c.

II. §. X. apud IENICHEN I. c. p. 237.

c) CAR. FRID. WALCH f. a

MANNSBACH de condominio successione

fundamento in Germania. §. IX. X.

d) IVS FEVE, ALEM. c LXI. §. 3.
c. LXV, §. I. I. F. SAXONIC. c. XXXII.

erat, ut domino directo omnes fundi communis condomini innotuerint & feudum ab illo recognoverint. Semel enim condominio feudali efficaciter constituto, liberis in eo manentibus, haud necesse erat ut iudiciali auctoritate confirmaretur. Proinde saepissime tunc temporis euenit, ut dominus directus, quinam feudi condomini essent, nesciret. Ex qua obseruatione ius clientelare medii aevi pluresque chartae illustrari possunt. e) Sed per se patet, valde differre a feudi recognitione inuestitural primam, quam omnes feudorum socii in prima feudi constitutione impetrare necessario tenebantur. Coniunctim inuestiti coniuncta manu feudum accipere dicuntur, quod vel per vexillae aliorumque symbolorum apprehensionem, vel per fidem vasalliticam, quam manu stipulata spondebant, fieri solebat. f) Recognitionem autem ab uno condominorum factam esse sufficiebat. Successu autem temporis passim cautum est g), ut omnes condomini nominatim investirentur, constituto certe communi feudorum procuratore seu potius prouasallo, *Lehnträgers*, quem exinde SENKENBERGIVS certissimam condomini retenti notam vocat. Quid? quod filiorum adeo in feudo successionis fundamentum condominium solum esse, neque eius originem ex constitutione CONRADI II. de anno 1027. quippe quae ad LONGOBARDOS, Romanae successionis principiis enutri-

& XXXIV. VETVS AVCTOR de be-
nef. §. XXXIX, & XL, AVGUSTINVS
a BALTHASAR de simul. iur. Germ.
inuest. §. VII sq. IO. CHRIST.
SCHMIDT de diuersis simul. inuestite
specieb. §. VIII sq.

e) Conf. SCHILTER in inuestitura
principium impervii simultanea c. II. §. IV.
REINHARD in den neuen Anerkennungen
&c. Beylage sub nr. I. II. III.

f) Hac de re adeundus est I. VDO.

VICVS SIGFRIEDVS, Comes, Vice-
dominus ab ECKSTAEDT in diff.
de feudis ligis §. XVIII.

g) Ius feudale FRANCORVM lib.
III. cap. 29. apud SENKENBERG in
corp. iur. feud. p. 17. Conf. G. LVD.
BOEHMER de inuestitura per procurato-
rem, vbi vir eximus §. IX. obseruat,
passim antiquae obseruantiae rigo-
rem in exigenda vasallia praefentia
in inuestitura seruari.

enutritos spectabat, repetendum esse, dudum obseruarunt viri
rerum Germanicarum periti. b) Condominium illud tacitum,
quo filii viuentibus patribus iam gauderent quoad exercitium
istis vita functis in filios ipso iure deuolui, optime testatur iam
ante CONRADI II. tempora IVS FEVD. SAX. c. VI. Der Va-
ter erbet uffen Son die Gewere des Gutes — darumbble en darf der
Son nicht, daz man ime des Vaters Gut bewise. Welch Man aber des
Sones darbet, der erbet uffe den Herren die Gewere des Gutes. i)

§. XV.

Vsus condominii in successione allodiali.

Obseruauimus, concessionem condominii clientelaris in feu-
do communi quidem sed quoad fructus diuiso effecisse, vt salua
futuro tempore inuestitis omnibus esset in feudo eiusque partibus
successio; a) monuimus etiam, & filiorum successionis feudalis
ordinem condominio originem debere. Idem omnino tenen-
dum est de Germanorum in bona stemmatica & allodialia auita
successione; praesertim quum per supra deduxta (§. XIV) suc-
cessio feudalis ex condominii natura repetenda potissimum per
bona allodialia in feuda sponte oblata sit stabilita, vel potius ex
iure communi Germaniae ad ius clientelare translata. Deinde
iura Germanorum antiqua expresse sanciunt, vt alienationis re-
rum auitarum, allodiorum immobilium certe, auatores fiant
omnes, penes quos est ius adspirandi ad eorum hereditatem.
Quare, quaeso, solliciti fuissent de impetrando in talem alie-
natio-

b) WALCH siue a MANNSBACH l. c. §. VIII.

i) WALCH siue a MANNSBACH loc. laud. §. VIII

a) Vid. an Ibro Kays Maj. abgelaßfe-
nes allerunterhängstes Schreiben der ver-

mitweten Herzogin zu Schleswig Holstein
Gottorp Sc. wegen des Amrs Bramstüd
übergeben Wien 1708. in app lit. M.m.
& iustitiae causae RANTZOVIANAE
edit. 1714. p. II. in app. p. 8.

nationem agnatorum & heredum consensu, nisi illorum auctoritate vel neglecta vel denegata nullum fuisset alienationis negotium? (§. XII.) Evidem sane luculentissimum condominii effectum hac in dispositione deprehendo. At nescio, an *ullum* veteris aeu*m*onumentum, necessarium heredum ad allodii alienationem, consensum luculentius exprimat, quam *IUS PROV. SAX.* lib. I. art. LII. quod ita praecepit: *Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut, noch seine Leut, vergeben — Vergiebt er es aber wider Recht, ohne der Erben Urlaub, die Erben moegen sich ihres Guts wohl unterwinden mit Recht, als ob der todt wär, der es gab, darumb daß er es nicht dargeben möchte.* b) Atque vocem *Urlaub* in loco nostro consensum statim requirendum significare minime dubito. c) Sed nihil opus est argumentatione ex necessario heredum ad allodii alienationem consensu aliisque argumentis ex iurium analogia ductis, quum expressis legibus condominium successionis allodialis fundamentum statutum sit. Qui hoc nesciret, illum remitterem certe ad *IUS PROV. SVEV.* art. CCXLIX. d), ad *IUS PROV. BAV.* & *PROV. AVSTR.* e) art. XXXV.; vbi celebris illa iuris patrii dispo-

b) Idem disponit *das Magdeb. Weichbild* Art. 20. & 61. Plura ex chartis antiquis etiam exempla collegerunt *AYRMANN* in *syll. anecdot.* Tom. I. p. 311. & *MENKEN* in *scriptorib. ver. Germ.* Tom. I. p. 688. Praetipue ad rem facit elegans charta a. 996. ap. *TESCHENMACHER & DITMAR* in *cod. diplom. Annal. Cliviae* p. 29. vbi: "Cum *Weichmannus*, comes — na- turae concessisse, altera procreationis filia, nomine *ADELA*, quondam proprietatis (allodi) iam traditae partem expo-

"scens, dicensque, quod pater eius SE- "CVNDVM LEGEM SAXONICAM ABS- "QVE EIVS CONSENSV ET LICEN- "TIA NVLLAM potuisse facere TRA- "DITIONEM, totam patris sui donatio- "nem perduxit in errorem." Adeo ve- rum est, hoc ius non ab *REPKOVO*, & compilatore *Weichbildi* exegitatum sed ex antiquissimis SAXONVM LE- GIBVS deriuatum esse.

c) Id certe optimis evicit argumen- tis perill, *WALCH* s. *a MANN'S- BACH* I. *saspicus laudato*, §. XIII, p. 25.

dispositio disertis contineatur verbis. Liberorum quoque succedendi ius omne vnicē ex condominio, quo ipsi tum inter se tum cum parentibus gauderent, derivatur. Quid, quaeſo, clarius esse potest, quam consuetudinum BORDESHOLMENSIVM hac de re dispositio? quae huius est tenoris: *Aſt auch ein Kind ſürbe, dasſ mit Eltern in ſaamenden Güthern geſeffen, ſo stirbet ſeinz Guſh wieder in das ſaamende. f)* Huc quoque referendum ius DITMARSICVM *g)*: *So wol jyn Kind mit beſchedenem Gude uhtgeve, de andern Kinder averſt bleven by dem Vader edder Moder in ſaamenden ſitten, ſärven denn de Oldern, und de uhtgegevene Kinder wolden dat Erve nehmen, benevenſt den andern Kindern, de in dem ſammenden gebleven, ſo ſchoelen ſe thoovoern inbringen, wormede ſe uhtgegeven, und darnia mit den andern tho glyker Deelinge gahn.* Cum his conspirat STATVTA SVSATENSIA *h)*, GOSLARIENSTA *i)*, LVNEBURGENSIA *k)*, VERDENSIA *l)*, MINDENSIA *m)*, pluraque alia. Successio Germanorum quum ita fit comparata, cur coniugibus reciprocām tribuerint ſucceſſionem, liquet. Huius diſpositionis cauſa omnino redit ad condominium, in quo ob bonorum communionem coniuges vixerunt. *n)*

G

§. XVI.

*a) edit. SCHANNAT.**a) in de LVDEWIG reliquii Mſta. num T. IV. p. 8.**f) Art. II. DREYERI Sammlung vermischter Abhandlungen Tom. II. p. 1064.**g) Art. XXXIX.**h) in EMMINGHAVSII memorabil. ver. Susatens. p. 251.**i) Lib. II. tit. II. Art. VIII. lib. I. tit. I. §. V. IX. apud LEIBNITZ in**ſcriptor. rer. Brunſu. Tom. III. p. 484.**k) apud Eund. loco laudat. p. 758.**l) in de PUFENDORF obſerv. iur. vniu. Tom. I. app. p. 86.**m) Lib. I. Tit. II. art. VII. DREYERI Sammlung vermischter Abhandlungen Tom. I. p. 104—106.**n) KNORR de paroemia iur. Germ. Der lezteſtthut die Thuere zu. §. 8. AYRER de iure coniugiorum ap. vers. German. §. 14.*

§. XVI.

Vsus condomini in successione ex iure Lubecensi.

Pergratum mihi iura Reipublicae patriae, cuius leges ignorare semper turpe visum, subinde perscrutanti sit necesse est, purissima de condominio iuris Germanici innati vestigia & in ipsis dulcissimae patriae legibus deprehendere. Nam omnia, quae de condominio successionis Germanicae tum feudalis, tum allodialis fundamento hucusque meditati sumus, ad successiōnem liberorum, coniugum & ceterorum, quos legum auctoritas ad luctuosam vocat hereditatem, quae iure **LUBECENSI** obtinet, applicari & debent & possunt. Constat inter omnes, inter Reipublicae nostrae ciues ob commercii ciuici fauorem obtinere communionem bonorum vniuersalem. Cuius quum principalis effectus in rerum vtriusque coniugis confusione & vniuersali inde bonorum descendente condominio constat, consequens est, virtute huius condomini, coniugem altero inuito & inscio neque inter viuos, neque mortis causa posse cum effectu disponere, & superstitem vna cum liberis non tam beneficio defuncti, quam potius virtute iuris proprii ex condominio competentis succedere. a) Id quod potissimum cognoscitur ex successione liberorum. Scilicet in horum successione determinanda probe distinguitur, vtrum adhuc cum parentibus fuerint in bonorum condominio, vel vt leges loquuntur *in Sammēdem Gute, in der Gemeinschaft, oder in der Were,* an per separationem a communione & condominio recesserint, quod omnino permisum est, quandoquidem nemo, vt inuitus in communione persistat, obligatur, nisi specialis admodum ratio diuina.

a) STEINS gründl. Abb. des Lübecker Rechtes B. I. T. II. S. 266. n. f. §. 189. in f. coccei in discursu iurid. ad Lib. II. tit. II. cap. I.

diuisionem impedit. Omne quod liberis competit succedendi ius in luctuosam parentum hereditatem, condominio innititur. Fracta ergo per separationem communione, fractoque condominio, quod singulis in communi parentum pecunia pro individuali parte competit, iam vniuersitas constat necesse est in patrimonii parte, quam ex diuisione seu separatione singuli sunt nacti. Atque proinde ad ceterorum in condominio adhuc existentium portionem omne ipsa separatione est sublatum. b) Hisce principiis radicata est sententia IVR. LVBECCENS. Lib. II. Tit. II. art. VII. Seynd Kinder von ihren Eltern abgesondert, und der eines ohne Leibes Erben versterbe, das vererbt sein nachgelassen Gut auf seine mit abgesonderte Brüder und Schwestern: wo aber derselben keine vorhanden, alsdenn auf die unabgesonderten. Wäre aber kein abgesondertes oder unabgesondertes Kind, oder derselben Lebserben mehr im Leben, so fällt das Gut auf die Eltern. Eadem condominii Germanici principia spirat successio, quae REIP. HAMB. statutis de an. 1492 tit. I. §. 21. sequentem in modum est praescripta: Stoerue darnach der Kinder iennig dat edder des Gut scholde fallen up syne Systere unde up Brüdere de ungescheden syn: Waren awerst de Kinder geschichtes unde gescheden under sich, so soll idt erben up den Vater effe up de Moder ede de na Dode des Olderen, dar de Kindere von fundi, blifft ohne Gaden unverändert berh ant Ende synes Lebendes, anders schull sulk Gut erven von dem eenen Kinde up dat andere. c) Inde recte quoque infertur, parentes in luctuosam liberorum nondum separatorum hereditatem solos, exclusi

G 2

b) Iuris feud. SAX. auctor optime rem cap. XXXII. sic explicat: Wann sie sich also scheilen, so hat ihr keiner kein Recht mehr an dem getheilten Gu-ibe.

c) Conspirant iura GOSLAR. ap. LEIBNITZ III. Script. ver. Brunsu. p.

484. CULMENSIA, SVSATENSIA, u. KLEIN de con. & disconuenientia iuris Cuhens. ac Gedan. cum iure Lubeck. decad. 9. §. 4. SCHVTTTE de iure Sufat. eiusque collat. cum iure ciuili in success. ab intestat. c. 2.

clusis caeteris fratribus & sororibus, vi condomini, vbi innati iuris placita vigeant, succedere, quamquam secundum n o v. CXXVII. cap. I. secundi successionis ab intestato ordinis causa longe aliter sit ordinata, ibique fratres fororesque vtroque parente iunctos ad defuncti exuicias admittantur. d) Et non solum ciuium LVBECENSIVM, sed aliarum etiam prouinciarum magna fuit cura, hanc praeftantem Themidis Germanicae legislationem, quae in successione condominii rationem habuit, contra iuris peregrini auctoritatem seruare, atque gentibus & familiis bene consulere, demto possessorum arbitrio, in extra-neos familiae patrimonium deuoluendi e) spemque eorum frustrandi, qui viuis parentibus iam essent condomini hisque vita functis non tam beneficio ultimi possessoris, quam maiorum prouidentia & patriae voluntate & dominii virtute succederent. In hoc arguento mirum sane multorum statutorum agnoscitur confortium. Namque successionis ex condominio principia non solum vbi iura REIPUBLICAE LVBECENSIS obtineant, sed multis etiam aliis ciuitatibus, in primis quoque in HOLSATIA iisque praesertim locis, quibus secundum consuetudines BOR-DISHOLMENSES & NEOMONASTERIENSES successionis cause determinantur, normam decidendi constituere, multis comprobare possem exemplis, nisi ius Reipublicae patriae potissimum illustrare e re esset visum. f) Quae quum ita sint, ele-

gans

d) Celeberr. DREYERI Samml. ver-misch. Abb. T. I. S. 100 — 101. Legi quoque merentur, quae hac de re monuit vir ill. FRID. ES. A PUFENDORFF in obs. iur. uniu. Tom. II. obs. CXCII. praesertim contra doctissimum auctorem des Versuchs, die Lehre von dem Vorrechte der vollen Geburt vor der halben, in Erbschafts-Fällen, nach denen in Deutschland üblichen Rechten und

Statuten, aus zulänglichen Gründen in Richtigkeit zu bringen.

e) IO. GOTTLIEB HEINECCIVS de testamentatione iure Germ. artificiis limitibus passim circumscripcta §. IV. & V.

f) Remitto lectorem ad DREYERI Samml. verm. Abb. Th. I. S. 100 — 107. & ad ILLIVS aureum libellum de in-

gans est obseruatio viri Illustris & de iurisprudentia Germanica
immortaliter meriti L. B. DE SENKENBERG, qua CONDOMINI
NIVM uniuersam successionem Germanicam olim dedisse, huiusque
doctrinae vsum nostra etate maxime practicum esse, non
ibi solum, vbi veteris successionum iuris tenaces se se exhibue-
rint GERMANI, sed in genere, nominatim in successionibus fe-
minarum, si de allodiis lineae alicuius masculorum extinctae
agatur, pro sagaci, quae in ICto magno erat, meditatione con-
tendit. g)

§. XVII.

*Condominium curae legitimae, quae sororibus ex
iure Lubecensi in fratres et sorores male se se
gerentes competit, unicum idque verum
est fundamentum.*

Nescio autem, qua re factum sit, ut in tanto ornatissimo-
rum & doctissimorum virorum confluxu, qui ad REIPUBLICÆ
LUBECENSIS iurisprudentiam singularibus libellis commentati
sunt, nemo omnium condominii vsum in doctrina de cura &
tutela legitima, quae sane in multis capitibus cum successionis
materia pari incedere solet passu, intellexerit, atque auguratus

G 3 fit,

aeq. masc. & fem. sec. iura Cimbr. success.
vbi vir eximius P. III. not. c. recte
notat HEINECCIVM, qui in elem. iuri.
Germ. tom. II. lib. II. tit. IX. afferit,
veteres GERMANOS easdem cum RO-
MANIS successionis descendantium
& ascendentium & collateralium ha-
buisse regulas; itemque leges GER-
MANORVM, omnes parentes ad lu-
strosam liberorum admisisse here-
ditatem.

g) in diss. de condominio cap. II. §.
XXIII. p. 22. & in disquisitione de filia
ultimi gentis suae in regnis & principati-
bus priuatis succedente, itemque in
comment. de testam. publ. C. III. §. III.
& V. de success. HANOICA p. 45 &
46. in Selectis iur. & historiar. Tom. III.
p. 530. Comparetur etiam MVS-
SAEVUS, ICtus quondam Kiloniensis,
de different. iur. Civilis & Iustici. c. II.
§. 2. in f.

sit, virtute condominii in sorores, quae alias curatrices esse
 nequeunt, per dispositionem TIT. X. ART. V. LIB. I. IVRIS
 LVBECENSIS deuolui curam fratrum & sororum male sese ge-
 rentium (§. VIII.). Ego tamen, quo magis laudatam juris pa-
 trii dispositionem cogito, & in causas legislationis plane singu-
 laris inquiero, eo magis credo, sorores secundum dispositio-
 nem legum nostrarum non tam curam in fratres & sorores male
 sese gerentes suscipere, quam potius condominii administratio-
 nemi, quod vniuersae familiae viuis adhuc parentibus compete-
 bat (§. VIII. XVI.) iisque vita functis apud liberos omnes non
 separatos pleno iure remanebat, continuare, eo nimirum sine,
 ne prodigus & mente captus mala patrimonii communis admi-
 nistratione malisque moribus damnum inferat irreparabile con-
 dominis in bonis pro indiuiso possessis. Si ergo dicendum,
 quid sentiam, locus noster tantum intelligendus videtur de so-
 roribus, quae adhuc sunt in condominio rei familiaris cum fra-
 tre malam vitam gerente. Similiter si fracta fuerit bono-
 rum communio per separationem & sublatum succedendi ius,
 sublatum esse quoque apparet consortium sororum & fratrum
 inter se in parte diuisa, quae eorum cuilibet obuenit, neque
 tunc sororibus ullam curae siue administrationis speciem esse tri-
 buendam in bona fratrum & sororum notabili animi vitio labo-
 rantium, quippe quae exinde nullam amplius capere possunt
 detrimentum. Hanc proinde, quae sororibus ex iure LVBE-
 CENSI competit, curam, coniicio, potius re vera bonorum
 administrationem, quam personae tutelam esse, atque non tam
 ex tutelae Romanae rationibus, quam ex natura & indole ad-
 ministrationis bonorum itemque condominii (§. XII.) esse diu-
 dicandam. Quae coniectura, si vera sit, clara haec iuris nostri
 dispositio luce resulget, atque opera & oleum perduntur in ex-
 cutien-

cutiendis causis, quibus moti legislatores talem plane singularem tutelae speciem feminis, quae ipsae vitam sub perpetua cura degunt, contra omnem iuris Germanici, nominatim LV-BECENSIS, rationem constituerint. Quid? quum igitur LV-BECENSES domesticis principiis in hoc arguento haud sint destituti & mores patrios seruarint, iis ad Romanorum ius, Germanorum moribus aduersum, in subsidium tantum vtile, minime recedendum est, sed ad quaestionum inde subnascentium decisionem doctrina de condominio & bonorum communium administratione requirenda videtur. Ut autem de vera sententiae huius ratione iudicium ferri queat, tenendum ante omnia est, iure LVBECENSI communionem omnium bonorum esse receptam (§. XVI.). Claram esse hanc & certam, intelligitur ex LIB. II. TIT. II. ART. VI. XXVI. XXVIII. XXX. vbi bona coniugum vocantur *das gesamte Gut*, quae vniuersalis loquutio nullam bonorum admittit distinctionem, potius omnia, sive sub matrimonii auspiciis ab utroque coniuge sint illata, sive postea hereditatis vel alio lucrativo titulo ad alterutrum delata, comprehendit. Eadem confirmantur argumento LIB. III. TIT. IX. ART. V. b), ex quo apparet, communionem bonorum inter coniuges & liberos & societatem vniuersalem secundum placita iuris LVBECENSIS in eo certe conspirare, vt omnia cuiuscunque generis bona veniant in communionem sive in condominium i). Accedit, quod apud antiquos GERMANOS omnia in genere bona, nullis plane exceptis, communia fuerint inter coniuges, haecque vniuersalis communio in legibus Germanicis mediis aeuis, quarum reliquias maxima pars statutorum spirat,

b) IOACHIM LVCAS STEINS i) MEVIVS ad art. II. lib. II. tit. II.
Gründl. Abh. des Lüb. Rechtes I. B. V. Art. in addit. COCCEIVS in discurſu ad
§. 125. 126. II. B. tit. II. §. 254. lib. II. tit. II. IVR. LVBECE. cap. III.

spirat adeoque exinde tanquam origine genuina est interpretanda, sit praescripta ^{k)}). In personas porro, inter quas, parentibus mortuis, tale bonorum condominium persistat, si quis inquirat, dicendum generatim est, omnes liberos nondum separatos, qui ex isto matrimonio ad sint, FEMINAS aequae ac masculos in locum defunctorum succeedere eorumque iura pro partibus indiuisis nancisci & administrationem communis patrimonii in se suscipere. Nam quum apud LVBESENSES nulla bona auiatica allodialia, quae scilicet solis militiae & servitiorum capacibus masculis cedunt, deprehendantur, facile quoque est ad animaduertendum, non oportere FEMINAS, vbi IVRI LVBEensi honor & auctoritas tribuantur, a condominium & successione excludi ^{l)}). Nec latet genuina causa. Ex quo enim ciuium ordo a militiae gloria defecerit neque splendori familiarum conseruando vehementer fuerit intentus, factum est, introducto potissimum Quiritium iure, cuius maior & liberior inter ciues quam inter nobiles statim ab initio fuit usus ^{m)}, ut necessitas bonorum in familiis conseruandorum subinde euansceret. Neque silebo, varia iura statutaria & provincialia, in his quoque ipsum IVS LVBEENSE esse, quae mentionem faciunt bonorum hereditariorum (*der Erbgäter*) inter ciuici ordinis membra ⁿ⁾. Sed natura talium bonorum hereditario-

^{k)} Confirmat hanc obseruationem auctor IVR. PROV. SAX. LIB. I. ART. XXXI. verbis: *Mann und Weib haben kein gezweyt Guth in ihrem Leib.* SPEC. SVEV. CAP. XLVI. *Mann und Weib miogen nicht gehaben Guth gezweyt.*
^{l)} DREYER de inaeq. mas. & fem. sec. iura Cimbr. Juceff. §. V & VI.
^{m)} MOSERS Staats-Recht tom. II. S. 107 seqq. IO PAVL KRESS de rationib. decid. in var. iurib. & respons. p.

18 sq. p. 28. DE SELCHOW elem. iur. Germ. Cap. II. Sec. III. § 70. p. 74.

ⁿ⁾ IVS LVBEC. lib. I. tit. X. art. 6. IVS HAMB. P. III. tit. I. art. 7. LÜNEBURG P. VI. tit. V. MINDENS. lib. II. tit. II. art. I. BAVTZ. Stadt-R. P. II. tit. I. art. 4. STADER R. P. I. cap. 4. ZELL. Stat. tit. IX. p. 26. VERDEN. Stat. XII. BREM. Stadt-R. P. II. tit. IV. §. 7. DITHMARS. L. R. art. XXIII. OSTERIS. L. R. lib. II. cap. 114. EIDERST. L. R.

ditariorum, quae inter ciues supersunt, adeo est immutata, vt iura prouincialia infra laudata, quae scilicet regulam istam adhuc seruarunt: *Was einmal in den Erbgang gekommen ist, muß in dem Erbgang bleiben*, in eorum alienatione extraneos tantum praeferri prohibeant. Minime autem filiae a successione in haec bona auita excluduntur, nec ad eadem, demum extinta gente masculina (*auf den ledigen Anfall*), vti in praediis nobilium stemmatica qualitate insignitis, admittuntur o). Nam per filias elocatas e familia transeunt. Itemque possessori libera harum rerum permitta est disponendi facultas, modo excepereis dolum aequa ac prodigalitatem. Haec igitur ratio bonorum hereditariorum, nisi omnia me fallant, tantum consistit in iure protimiseos, vi condominii vniuersalis, familiae membris p[re]e extraneis competente. (§. XIII.) Conuenit certe cum hac sententia IUS LV BECENSE, LIB. I. TIT. X. ART. VI. Alles ist nach Lübischem Recht wohlgewonnen Gut, was kein Erbgut ist. Erbgut aber wird geheissen allerhand Gut, welches einem Menschen anfallen mag von seinen Eltern oder Blutsfreunden, in aufsteigender, niedersteigender und Seitenlinie. Solch Erbgut mag man ohne der Erben Erlaubnis nicht alienire; es erfordere denn solches die äußerste ehehafte Noth. Dem nun das Erbgut zugehöret, muß bey seinem Eide erhalten, daß er sonst kein anderes Gut habe, dazu er greifen könne. Wenn solches geschiehet, so haben die nächsten

H

Erben

art XXXI. NORDSTRAND, P. 2.
art. LII. HVSVMER P. II. tit. II.
NEVMÜNST. Kirchspielsgebr. art. XIII.
HADELER L. R. P. II. tit. II. P. III. tit.
VIII. XI. SALMISCHES P. II. tit. X.
§. I. MAGDEB. P. O. c. XXII. §. 4.
SCHAVUMB. P. O. c. XXVII. quae &
alia collegit S. V. DREYERVS de
refr. facult. alien. bona heredit. p. 5. 33.
o) De praediis auitis diferte haec-

muntarum prouinciarum legibus ca-
uentur. BREM. Ritter R. tit. I. III.
SÄCHS. L. O. P. II. c. XII. XXXI. ÖE-
STERR. Success. Ordin. de a.o. 1720. tit.
XII. p. 28 sq. HINTER-POMMER-
SCHE Lehn-Confit t. V. HOLLST.
L. G. O. P. IV. tit. V. §. II. MECK-
LENB. Erb-Landes Grund-Vergleich in
app. p. 28. HESS. L. O. P. III. tit.
XXXIII. XXV.

*Erben den Kauf daran, wenn sie wollen, doch für
so viel Geld, als Fremde dafür geben wollen.*

§. XVIII.

*Hanc curam sive administrationem legitimam non
nisi utroque parente defuncto in fratres & soror-
es deuolui, ex natura condominii, IVRIS
LVBECENSIS analogia & clara di-
spositione probatur.*

Talis, quam exposuimus, communio bonorum coniuga-
lis condominium Germanicum in bonis indiuisis inter parentes
liberosque vtique continet, ex quo & ex ipsa negotii natura
mutua fluit tum coniugum tum liberorum successio ^{a)}, cuius
modus diuersa ratione in statutis est determinatus. Mortuo alterutro
coniuge, in iure Germanico vniuersali distinguitur in
successionis sive administrationis causa ordinanda, vtrum ex
priori matrimonio liberi relicti fuerint, nec ne. Sunt etiam
iura quarundam prouinciarum, vt ius prou. HADELENSE, quae
iterum duos casus a se distinguant, qui diuersum viduae &
vi duo succedendi modum complectuntur. ^{b)} Ut autem ius com-
mune Germanicum, quod & LVBECAE hac in causa obtinet,
illustremus, obseruare tantum iuuat, liberis non existentibus,
coniugem superstitem in vniuersa iura & obligationes defuncti
virtute condominii succedere. Quod solitarium coniugis su-
perstitis dominium ita comparatum est, vt ascendentes & col-
latera-

^{a)} KNORRE in progr. de usu paro-
nitiae iur. Germ. Der letzte schut die Thür zu;
in successione p. IX. Celeberr. CAR.
FRID. WINKLERI diff. de collatione
iuris prou. HADELENENSIS cum tute ci-

uili circa materiam successionis p. LXXI -
LXXIII.

^{b)} Vid. Celeberr. WINKLERVS
loco laudato.

laterales omnes plane excludantur, nisi forsitan legislatio specia-
lis adsit c); quam juris Germanici dispositionem egregie illus-
trant variae Germanorum paroemiae: *Hut bey Schleier und Schleier
bey Hut; Längst Leib, längst Gut; Leib an Leib, Gut an Gut;* paro-
emia Belgica: *Mann ende wif hebben geen verschryden Gout;* & quae
sunt huius generis aliae. d) Sin autem viuant liberi ex priori
matrimonio, hi vel cum coniuge superstite concurrunt ad re-
rum communium dominium, vel utroque parente carentes soli
superstites rei familiaris administrationem in se suscipiunt.
Priori casu, scilicet si liberi cum parente superstite concurrant,
succedunt quidem etiam liberi in defuncti parentis locum eius-
que iura quoad dominium nanciscuntur, tamen parens superstes
solus rerum communium administrationem in se suscipit & de
bonis, liberorum consensu rite impetrato, legitime disponit,
eui quoque onus alendi & educandi liberos imposuerunt Ger-
maniae leges. e) Tunc si accidat, ut unus liberorum cum pa-
rente superstite in condominio viuens pietatem, decori hone-
stique praecepta negligat, & metuendum sit, ne imposterum
furiosum rerum suarum sit facturus exitum, minime ad-
ministratio rei familiaris indigno competentis sive illius cura
in fratres & sorores deuolutitur. Potius quam rerum com-
munium administratio soli parenti superstiti competit, conse-
quens est, ut parens, consentientibus forsitan propinquis, sibi

H 2

ac

c) BILDERBECK ad ius statutor.
CELLENS pag. 45.

d) Legenda sunt de hoc argu-
mento scripta sequentia: IO. GEO.
WERNHER de partis doralis sub for-
mula: *Hut bey Schleyer, und Schleyer bey
Hut.* Marp. 1716 & 1742. GOTTFR.
MASCOVII prologo de paroemia: *Längst
Leib, längst Gut.* IO. ZACH. HART.

MANN de efficacia clausulae: *Längst Leib,
längst Gut.* DE PUFENDORF obs. iur.
univ. Tom. II. obs. 65. Tom. III. obs.
25. 118. EISENHARDTS Grundsätze
der deutschen Rechte in Sprichwörtern S.
127 & 128. ANT. MATTHAEI in
paroemis Belgicis p. 25.

e) HEINECCIVS de usufructu mater-
no iuris Germ. §. XXVI seq.

ac liberis condominiis prospiciat, per separationem scilicet, ne talis male moratus, si parenti superstiti humani quid acciderit, ob nimiam prodigalitatem iacturam rerum communium faciat & fratres sororesque secum in perniciem trahere possit. Haec quae hucusque obseruauimus, accipiunt lucem ex comparatione iuris nouioris cum antiquis IVRIS LVBECCENSIS codicibus, qui proptera, quod iura recentiora exinde maximam partem sint hausta, haud negligenda videntur in explicandis illorum causis atque in excutienda vi ac potestate.^{f)} Sic in antiquo codice IVRIS LVBECCENSIS de anno MCCLIV, quem seruauit FRID. DETL. CAR. A CRONHELM, vir de iurisprudentia HOLSATIAE optime meritus, in corp. statut. prou. Holsatiæ, articulus CIV, ad quem prouoco, huius est tenoris:

Art. CIV. Van ungeborſammygen Kynderen.

Welck man sütet na ſinen wifes Dode, effie ein wiff na eres mannes Dode mylb kinderen unde der kinder ein ſyn diuk ſo anſchleicht dat de frunde an beidenn ſiden darauer klaghen, werden ſe denne des thorede, dat kind ſchall nemen ſin andell an enim ſtucke edder an gelih unde moib darmede ſcheden wesen van ſinen anderen broderen unde ſüſteren.

Hoc cum loco consentit alius, qui in primo trium illorum codicium IVRIS LVBECCENSIS occurrit, quos b. HENR. BROCKES, Reipublicae patriæ consul immortaliter meritus selectis obſeru. forens. ſubiünxit. Ibi articulus XV. eadem fere disponit:

XV. VAN

^{f)} Egregium hoc ius Germ, interpretandi medium, omni, quam meretur fane, laude, diligenti interpreti commandant CHRISTIAN. HENR. ECKHARDT in Herm. iur. lib. II, cap. I, §. XXI. IVST. HENN. BOEHMER in exerc. ad ff. Exerc. X. §. 4. IO. WILH.

WÄLD SCHMIDT in diff. de singular. quibusd. & antiqu. in HASSIA iurib. in praef. not. a. p. 2. DE WESTPHALEN in praef. ad Tom. III. monum. ined. DREYER de restr. facult. alienor. di bona hereda §. I.

XV. Van unborsamen Kinderen.

Wat ein man na sines wyues dode besith mit sinen kinderen, edder
ein wyff na eres mannes dode, unde de kindere ein syn dynck so an-
klyfft, dat de vrunde tho beyden syden darouer klagen, werden se des
tho rade, dat kind schal nemen in eeneme stuske dat deel sines erues, edder
so vele pennighe, also dat wert is sunder allerhande wedderrede.

Eandem dispositionem continet art. XLVI. Codicis II. qui
etiam in append. obseruat. for. BROCKESII illius exstat:

XLVI. Welck Kind sick ovel regeret.

Dar ein Man na sines Wiues Dode sit mit sinen Kindern, este ein
Wiff na eres Mannes Dode, unde est der Kinder ein sin Dinyk also an-
Schloge, dat de Frunde an beyden Syden darover clagenden, worden
se des tho Rade, dat Kind schall innemen ein Stücke sines Erffdels, ed-
der so vele Penninge, also dat verdich sy, sunder Geverde, edder
sunder allerhande Wedderrede.

Quid, quaeſo, clarius eſte potest, quam diſpoſitiones ve-
terum iuriſ patrii codicum, quibus nimirum ſanctum, quod
parenti ſuperſtit & administrationem patrimonii communis eu-
ranti competat ius filium condominium impium forſan, prodi-
gum, ne multa, male moratum, qui a iuriſ nostri auctoriibus
appellatur: Ein, de syn Dink ſo anſchleib (anklyfft), dat de Frun-
de an beyden ſiden daraver klaghen, oder clagenden (oder Eins, das
ſich übel anſtellet); per separationem a condominium excludendi,
ceterisque liberis condominiumis eo proſpiciendi, ne per talem
condominium peruerſe viuentem communis rei familiaris cauſa
detrimenti aliiquid capiat. Ut autem haec a condominium exclu-
ſio fiat feruato iuriſ ordine, ex cauſa iuſta ac legibus patriis
approbata, iure proditum eſt, ne parens ſuperſtes aliter de cauſa

separationis cognoscat ipsamque separationem decernat, quam si consiliarios adhibuerit omnes, quibus ex condominio ius sit succedendi, sive quorum interfit, ne malis vnius condomini moribus commune patrimonium dilapidetur. Diserte id euincunt verba: *Dat de Vrunde tho beyden Syden daraver klagen, werden se des tho Rade.* Caeterum celebris haec dispositio, qua cauetur, ut parens superstes per separationem bonorum prospiciat, ne filius prodigus iacturam rerum communium faciat, quin per se cognosci possit ex administratione praecipua rei familiaris, quae parenti superstiti soli competit adeoque liberis ius prouocandi ad diuisionem adimit, modo parens liberorum educationi curaeque inuigilet nec ruere cupiat in alterius amplexus g), in nouioris aetatis codicibus plane est omissa. Inde euenit, ut tum in codice KOLLYANO h), tum in IVRE LYBECENSIS ultimae praelectionis, quod MDLXXXVI. in lucem prodiit, tantummodo sit cautum, quid faciendum sit cum fratre male se gerente, si liberi condomini vtroque parente orbati solique superstites plenum luctuosae hereditatis acquirant dominium, seu potius administrationem rei communis pro indiuisis partibus infuse suscipiant. Haud iniucundum ingratumque erit, locum codicis, quem IOACH. KOLLIUS, ciuitatis CREMPE in HOLSATIA quondam Duumuir, adornauit, hic inferere:

Art. CXXXIV. Wo ein Kind syne Erves mächtig schall mesen effe nicht.

Welcker tydt dat Gudt vallet, (auctorem luctuosam liberis ab vtroque parente reliquam hereditatem intellexisse testantur verba art.

g) IVST. HENN. BOEHMER de
aeris alieni inter coniuges Hamburg. com.
munione, §. 17 & 21.

h) VID. CHRISTOPH. GOTTFRIED LIEBRICCI Entwurf von Stadtgesetzen oder Statutis vornehmlich der Landstädte, I. B. V. Hauptft. §. IV, not. (xx).

art. CXXX.) up de Kinder van Erffdeels wegen, unde dar ein kind mede ißt, dat syn Dink övel anstellet, dat yds den dynket den Fründen, unde dem Rade, dat schall fines Gudes nicht weldich wesen, man syn Bröder und syn Süster scholen des Gudes weldich wesen, besth an de ydt, dath ydt syn Dink wol anstellet.

In primis quoque id ostendunt verba, quae statim ab initio ART. V. TIT. X. LIE. I. IVRIS LVBECKENSIS, quo vtimur, sequuntur: Stirbet Kindern Erbtheil an; quae verba quum nullam plane mentionem faciant parentis superstitis, omnino indicare videntur, locum nostrum non nisi de hereditate, ab vtroque parente libe-ris condominis relicta, esse interpretandum. Talem condon-minorum conditionem & iacturam patrimonio ex malis mori-bus vnius coheredis sive condomini vniuersae familiae metuen-dam paulo accuratius considerantes animaduerterunt legum au-tores, non opus esse peculiari curatore, propterea quod ceteri coheredes in condominio, ob principia communionis bonorum supra deducta, constituti administrationem rerum communium gerunt & ob id ipsum nihil tam naturale est, quam vt his quo-que administratio portionis, erectae male fese gerenti, de-mandetur.

S. XIX.

*Effectus buius curae, modusque eam constituendi
itidem unice ex condominio clarent.*

Itaque haec cura potius administratio vi condominii exten-sa in partem condomini male viuentis appellanda erit, quam cu-rae sive tutelae species. Quid? quod, quum ex natura con-do-minii omne ius liberorum in hereditate paterna iis pro indiuisis partibus (§. IX.) competit: haec administratio haud consistat ne-cessitate est in cura portionis determinatae atque distinctae; sed cer-nitur potissimum in libertate de rebus communibus secun-dum

dum leges condomini, non imperato male fese gerentis consensu, disponendi, qui alias propter condominium requirendus fuisset; deinde in nullitate negotiorum, quae fortasse talis a condomini administratione exclusus intuitu rei familiaris esset contracturus; denique ille, quod utramque hac in re facit paginam, ad separationem sive ad diuisionem, & administrationem sibi ereptam prouocare prohibetur. Attestantur id, ut opinor, verba: *so soll der oder die selbe seines Guts nicht mashtig seyn.* Cognitio autem, utrum iusta & magna reuera adsit causa, ob quam alicui merito eripiatur ad rem communem administrandam concursus, minime & merito quidem solis permitta dominis, qui forsan odio, (nam fratrum amicitia rara), auaritia, & dominandi cupiditate ducti, in summam erga condominiū consipitare possint iniuriam. Itaque e re videbatur apponere, ut Magistratus hanc causam diiudicaturus pro tribunali in consilium adhiberet propinquos talis condomini male viuentis sive omnia familiae membra, quibus commune bonorum dominium ad conseruandum gentis florem tribuerunt leges patriae, quorumque ideo intererat, ne communia familiae bona vitio vnius condomini dilapidarentur (§. IX.). Apponam ea verba parum perulgata: *wird solches ein Rath und die Freunde vor gut anschen.* Iam, si subsequatur quaestio, num & quoniam juris ordine coheres ex administratione rerum communium, auctoritate magistratus & condominorum consilio, plane exclusus, in rectam honestatis morumque viam reuersus iterum in communis regiminis sive administrationis consortium sit recipiendus, causam simili ratione cognoscendam puto a magistratu sedente pro tribunali, condominis tamen in consilio partes conuocatis. Quid multa? Magistratus iudicium est; propinqui sive condomini praesentem ac iudicantem instruunt, ipsi neque iudicant

dicant, neque ius dicunt. Et profecto nihil adeo est naturae conueniens, quam ut eodem modo negotium aliquod dissoluitur, quo est contractum. Plane ita intelligenda mihi videntur verba finalia illius loci, in cuius expositione laboramus: *Bis sic oder er sich zur Besserung anschicken und wohl anstellen würden. De caeteris aliarum ciuitatum Germanicarum legibus nihil diximus quum nostrum tantum fuerit, locum IVRIS LVBECCENSIS laudatum exponere, & in illius legislationis rationes penitus inquirere, quamquam omnino ex plurium legum antiquarum consensu colligendum sit, eosdem mores ubique Germaniae obtinuisse.* Sed liceat colophonem quasi addere & verba A.R.T. XXIII. STATUT. HAMBVRG. de anno MCCXCII. a) adscribere, quia videntur ad omnia, quae praecedunt, pertinere, ipsaque commode, quamvis breuiter, exprimere: *Wenn ehr Guht up Kindere geervet werdt, unde is der Kinder jennig dat synen Dingen unrecht deit, unde de andern Kinder schollen des Gudes weldig syn, de ehren Dinge rechts doen.* Similiter interpretanda sunt STAT. STADENSIA de anno MCCLXXIX. P. II. art. VII. *So wanne goet uppe Kindere crvet wert, unde is dher Kindere weli dhe ereme dinge unrechte doet, unde it dheme rade witlic wert, dhat Kind ne scul des godes nicht weldig sin, al wante it sineme dhinge rechte deit, unde dhe anderen Kindere scolen des godes weldich sin, dhe ereme dhinge rechte doet.* b)

I. §. XX.

a) ap. DE NETTELBLA in thesaur. iuris provincial. & statutarii illustrati Germ. T. I. p. 632.

b) Repertus hunc locum in Perill, DE PVENDORF obseru. iur. univ. Tom. I. app. 180. & in emendatori ad fidem authent. curatae editione NIC. ANT. HENR. DE GROTHAVS p. 54. Consensum art. XXXIII. IVR.

RIGENS. ap. DE PVENDORF I. c. T. III. App. p. 234.; eisdem verbis perorantis etiam laudarem, ni ex historia huius iuris, ab III. OELREICHS Splendidissimae emissione iuris equestris Rigensis (Bremae 1773.) praemissa tenerem, hunc ipsum codicem, quem inscriptione iuris Rigensis signauit ediditque Perill. Summi Tri-

§. XX.

Conclusio.

Obseruatum est, vi solius *condominii* fratrem sive sororem, furiosum rei familiaris exitum facturos, si iusta adsit causa, servato iuris ordine, ab administratione rerum a parentibus sibi relictarum excludi a caeteris *condominis*, quamquam alimentaria prouisio eis tribuatur atque definiri solet (§. XIX.). Atque exinde, quia tota huius curae vis atque potestas positae sunt in *condominii* natura (§. XIX.), sponte intelligitur, hanc curae sive administrationis legitimae speciem non nisi in bonis, pro partibus indiuisis a *condominis* possessis, quo nomine hereditas a parentibus, qui in vniuersali bonorum communione vixerunt, liberis relicta venit, constitui (§. XX.). Itidem ex *condominii* ratione claret, in *condominos* tantum, minime autem in eos hanc curam deuolui, quorum omne ius in parentum hereditatem fracto per separationem *condominio* est sublatum, quique plane a successione remouentur (§. XVI — XVII.). Ex *condominii* indole denique perspicitur, cur legislatores LV BECENS^ES non masculis *condominis* solum, sed etiam *condominis* sororibus, quae alias ipsae sub perpetua cura vitam degunt & proinde curatrices esse nequeunt (§. VII), hance administrationis speciem demandare voluerint. Namque quum seminae etiam omnino *condominii* sint capaces (§. XII), deinde ex IVRE LV BECENSI ob vniuersalem, quae inter coniuges obtinet, bonorum communionem statim cum fratribus, nec demum, vt inter nobiles visitatum est, exstincta stirpe masculina, ad illius exercitium, admittantur (§. XVII.); consequens est, sorores,

vbi

bunalis Cellensis vicarius Praeses re vera HAMBVRGENSIS, non RIGEN-
sis iuris esse.

LXVII

vbi IUS LVBEENSE vigeat, simul cum fratribus virtute con-
domini vocandas esse ad administrationem portionis heredita-
riae, eruptae sororibus vel fratribus, rem communem in detri-
mentum socrorum dilapidaturis. Quod adeo verum est, vt
videantur errare quicunque hancce administrationem ex iuris
Peregrini argumentis interpretari conantur. Quae quum ita
sint, summa meditationum nostrarum merito eo redit, CON-
DOMINIVM HVIS CVRÆ VNICVM IDQVE VERVM ESSE
FUNDAMENTVM.

VIRO NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
IOANNI FRIDERICO
SCHNOBEL
LVBECENSIS
HIVVSQUE LIBELLI AVCTORI
S. D. P.
IOANNES DIETERICVS MELLmann d.

*Reddo TIBI, amicissime SCHNOBEL, exercitationem TVAM
ad varia iuris GERMANICI, nominatim LVBECENSIS,
capita, ex condominio potissimum illustranda, pertinentem. Si li-
bellorum genus, quo selecta disciplinarum legitimarum argumenta
penitus excutiuntur, ob summam, quam scholae aequae ac foro praef-
stat, utilitatem, secum ferat commendationem, gratular TIBI
de insigni doctrina atque dexteritate, qua materiam, cuius expo-
sitio commoda visa, illustrasti, & gratulor mibi de prae-
sidis prouincia, mibi in consilio litterario, quam facultatis leges
exigunt, a TE oblata, pro ea amicitia, qua me semper, dum in-
ter nos versatus sis, cupiditatis in iure proficiendi ac vir-
tutis TVAE testem & spectatorem esse volui. Cum
STIRPE per propinquitatis vinculum es coniunctus, quae legum
praeferimus Germanicarum admiranda doctrina longe est illustris,
indeque*

D.
in deque merito ac iure suo gloriatur. Imaginibus tantorum mat-
iorum, illustri nominatim exemplo CELEBERRIMI magni no-
minis DREYERI, te dignorem reddere nullo modo potuisses,
quam quod iuuenis insignes feceris in legum & antiquitatum
Germanicarum studio progressus. Itaque redis tanto fauore
dignus, titulo dignitateque insignis, quibus Themis Cimbrica or-
nauit virtutem TVAM. Sed redis magno sane cum dolore mco.
Ita enim me TIBI deuinxisti praestantia ingenii, integritate mo-
rum atque consuetudinis suauitatem, qua per menses aliquot solitu-
dinem meam ornasti viraeque rationem subleuasti. Tamen i bo-
noribus virtutibusque distinctus, quo Deus TVAque TE virtus
vocant, & patriae dica, quos TIBI ingenii dotibus aequa ac vir-
tute & industria, tum in nostra Musarum sede, tum in Aca-
demia Goettingensi parasti studiorum fructus, ciuibusque TVIS
iura certa redde. VALE, meque amare perge. Iterumque
VALE memor Musarum, quas hactenus strenue coluisti. Nam

VIVITVR INGENIO, CAETERA MORTIS ERVNT.

Scribebam in Academia Regia Kiloniensi a. d. XXXI. Mensis
Maii MDCCCLXXVI.

AMICO SVAVISSIMO
IOANNI FRIDERICO SCHNOBEL

S.

ERNESTVS GEORGIVS IOACHIMVS FÜRSEN

L. ST.

Quanta me laetitia perfusum intellexi, post annorum aliquot interuallum amicum amplexus, quem & affinitatis vinculum, & a prima inde adolescentia consuetudo & quod arctiorem reddidit amicitiam, earundem disciplinarum studium, dudum iam mecum copulaverant: tanto nunc dolore afficio, quum quas obtulisti mibi contra TE disputantem opponentis partes suscipere prohibebar. Etenim quid dulcius mibi accidere potuisset, quid optatius quam ut & TIBI publicum aliquod amici in TE animi documentum, & praesidi TVO, Viro consultissimo atque doctissimo, quem non modo fautorem, sed etiam in litterarum studiis mibi auctorem ac suasorem obtigisse vere praedicare possum, MELL-MANN ad cineres usque colendo, gratae mentis significationem publice ederem. Sed occasionem eam dolenti eripiunt Musae, ad quas abundum est, remotiores. Verum tamen antequam discederem, facere per amicitiam nostram non potui, quin, quod praesenti & coram non licuit, illud per litteras basce officium peragerem, TIBI que conferendos propediem nouos honores gratularer. Qui quidem ut auspiciatissimi TIBI eueniant, toto pectori precor. Vale, amice dilectissime, dignamque meritis TVIS vitam agens, patriae litterisque sis decus & ornamentum. Ceterum ut conserues mibi amorem TVVM TVISque de meliori commendes mei memoriam etiam atque etiam abs TE peto. Vale, iterumque vale. Kiliae Holtatorum a. d. 1. Apr. MDCCCLXXVI.

RESPON-

RESPONDENTI PRAENOBILISSIMO, DOCTISSIMO,

AMICO DULCISSIMO,

S. P. D.

F. C. IENSEN

I. V. C.

*R*edux in patriam quanta perfundor luctitia, quantum pectori admodum tenero, gaudiis amicis semper recluso, quantum illi obtigit commodum, quem fese brachiis offerat Amicus, Quem Musae Chilonenses primum, deinde Goettingenses arctius meis iunxerupt praecordiis! Animus integer, peccus sincerum, litterarum sacris initiatum cum mihi semper Te praefliterunt amicum, ut nemini possit esse secundus. Quam ominosum exsurgit fidus! Aduersarium me elegisti, quem lateribus Tuis adhaerere iubet amicitia! — At ista, quam litteratorum veneranda cohors poscit, discordia Tuis addit honoribus & addit quoque amici. Grato, quem fauor in me Tuus flagitat, animo suauissimam praebet facultatem, meum in Te studium publico firmandi testimonio. Accipias laurum, quam Tua Tibi paravit industria! Intres quod multis sudoribus ascendisti honoris templum! amici vota pennas euolantes strenue sectantur. Seruet Te Deus, Teque omnibus, quae sincera meruit amicitia, beneficiis cumulet ac ornet! Quantum amici Tui adderetur fortunis, si sempiterna incolumitas, sumnumque trahentes Tuos sequeretur, quantum mortalium aliquis sperare possit, bonum! Sis mihi semper amicus. Animus in Te meum, peccus Tibi deditum iamdiu cognouisti; nihil quod Te attineat a me negligi, ardentissimo semper studio Tuum a me anquiri commodum non ignoras; & quid superest nisi quod nomen meum cordis Tui penetralibus sic innascatur ut ne summa quidem violentia cuellere valeat amici Tui memoriam. Vale, faue.

ERRATA.

- p. 3. l. 11. lege: dubitemus.
p. 7. l. 19. lege: Decemviri.
p. 15. l. 2. lege: habeantur.
p. 17. not. z. in f. lege: tritt in sein Recht.
p. 27. not. c. in pr. lege: Württembergico.
p. 31. not. a. col. 2. l. 2. lege: insbesondere in die Lehre.
p. 37. l. 3. deleatur vocabulum erat.
p. 40. not. f. in f. lege: Deutschland.
p. 60. l. 7. lege: propterea.
-

Kiel, Diss.; 1777-1800



5b,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-348220-p0080-6

DFG



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

White

3/Color

Red

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches



Pr. 35. num. 24
1776, 3
13 //

4

DISSERTATIO IN AVGVRALIS
EX IVRE GERMANICO

DE
CONDOMINIO, CVRAE LEGITIMAE, QVAE
FEMINIS LVBECENSIBVS IN FRATRES ET
SORORES MALE SESE GERENTES
COMPETIT, VNICO ET VERO
FVNDAMENTO.

AD ARTIC. V. TIT. X. LIB. I. IVRIS LVBECENSIS.

QVAM
RECTORE CHRISTIANO-ALBERTINAЕ MAGNIFICENTISSIMO
AVGVSTISSIMO ET POTENTISSIMO REGE AC DOMINO
DOMINO

CHRISTIANO SEPTIMO

DANIAE NORVAGIAE VANDALORVM ET GOTHORVM REGE,
SVPREMO DVCE SLESVICI, DVCE HOLSATIAE, STORMARIAE
ET DITHMARSIAE, COMITE OLDENBURGI ET
DELMENHORSTI, CET.
AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

P R A E S I D E

VIRO CLARISSIMO, CONSVLTISSIMO, DOCTISSIMO
IOANNE DIETERICO MELLmann

I. V. DOCTORE, INSTITVTI REGII HISTORICI GOETTINGENSIS ASSESSORE,
IVRIS GERMANICI ET PRAXEOS PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO IN
ACADEMIA REGIA KILONIensi, IBIQUE ICTORVM ORDINIS
ASSESSORE ET H. T. DECANO

PRO
LICENTIA SVMmos IN IVRE HONORES CAPESSENDI
A. D. VIII. IVNII MDCCCLXXVI.
H. L. Q. C.
PVBLINE DEFENDET
AVCTOR
IOANNES FRIDERICVS SCHNOBEL
LVBECENSIS.

KILONII HOLSATOR. EX OFFICINA BARTSCHIANA.

